



LIBER QVARTVS  
DE  
DONATIONE.



LIM frequentior erat, & magis in vsu hominum hæc materia donationis, nunc verò crescente in dies hominum auaritia, liberalitas, & cum liberalitate donationes ab eorum animis exulant; non tamen propterea omittenda est illius tractatio, & explicatio nonnullarum dubitationum, quæ magis in vsu sunt. Explicabimus igitur, quid sit donatio, quotuplex sit, in quo à promissione, & legato distinguatur; quid sit donatio causa mortis, quid remuneratoria, quid ex falsa causa. Agemus etiam de donatione iuramento firmata; quæ personæ donare, quantum donare possint. Inquiremus, quæ donationes, & quales Regis insinuatione indigeant, ut validæ sint. Agemus denique de donatione omnium bonorum, de donatione inter virum, & vxorem, & de reuocatione donationis, & sicut totum hoc negotium absolvemus.

CAPVT PRIMVM,

Quid sit donatio, quomodo distinguitur à promissione, & legato: an donans rem alienam tencatur donatario de cunctione, si illa ab eo cunctatur per suum dominum.

- 1. Quid sit donatio, & unde dicta.  
*Vel incipit à traditione, vel à promissione.*  
*ibid.*
- 2. Cur dicatur donatio liberalis, de qua solum agimus.
- 3. Non repugnat aliquid donari ex liberalitate, & gratitudine.
- 4. Promissio non transfert dominium aelu in promissarium: donatio etiam si verbalis sit, habet vim transferendi dominium in donatarium, & quomodo id intelligatur.
- 5. Donatio reciproca, an propriè donatio liberalis dicenda sit, & an insinuationem requirat.
- 6. An pura, & simplex, & liberalis donatio sit contractus nominatus, an innominatus.  
*Resolutur esse contractum nominatum.* *ibid.*
- 7. Donatio simplex, & liberalis, cum sit contractus nominatus, de communi consensu potest reuocari, non tamen in uno altero contrahentium.
- 8. Ex donatione simplici, & liberali resultat obli-

- gatio non solum naturalis, sed etiam civilis.
- 9. An donans rem alienam, si illam dominus rei cunctat à donatario, teneatur ei ad aliquid propter cunctationem.
- 10. An sultem teneatur ei ad expensas, quas ipse donatarium fecit in ipsa defendenda:  
*Quid, si quando donauit, scribat esse alienam.*  
*ibid.*
- 11. Quid si donatio rei aliena incipiatur à promissione, ita ut prius promissa fuerit, & acceptata, & postea donata; an tunc teneatur donans donatario de cunctione.
- 12. Quid quando res prius promissa, erat res incertia.

**D**ONATIO dicta est à dono, quasi donatio, seu quasi donandi actio, ut ait Iurisconsultus in *I. Senatus, §. donatio, ff. de donatione causa mortis.* Est igitur donatio gratuita, & liberalis (de qua hic loquimur) datio quedam liberalis. Per dationem, intelligitur actio donantis, natura sua sufficiens ad transferendum dominium in donatarium, quæ fit, vel traditione rei, vel verborum officiis, & promissione. Est enim duplex donatio, quedam, quæ incipit à reali traditione rei donatæ, quedam à promissione: illa dicitur perfecta, & completa, & statim transfert dominium in aliud, seu in donatarium: ista imperfecta, & incompleta, non transferens dominium in alterum, seu in promissarium, sed tantum ei ius tribuens ad rem promissam. Est etiam verbalis quedam donatio, quæ incipit à verbali traditione, non reali, ut cùm

chandico: *Dicitur tibi hie eum equum, qui absens est,*  
*& hec quidem donatio natura sua sufficiens est ad*  
*transferendum dominium in donatarium, nisi iure*  
*positivo impeditetur, quo adusque detur realis tra-*  
*ditio, ut habetur in l. traditionibus. C. de pactis, ibi,*  
*Traditionibus dominia rerum, non nudus pacis trans-*  
*feruntur. & ideo, ut diximus supra, cum de domi-*  
*nij acquisitione egimus, ad acquisitionem dominij*  
*ordinarie duo requiruntur, Titulus, & traditio: ut*  
*bene ait Couartuñas lib. 2. var. cap. 19. Vnde si*  
*istum equum, sic tibi donatum, ego Paulus dona-*  
*rem, & tradarem, aut venderem, & tradarem, Pau-*  
*lus dominium illius acquireret, & in solum habe-*  
*res actionem personalem in me, & tibi compen-*  
*sem equi estimationem; quia per donationem il-*  
*lam verbalem, non secuta traditione, ex dispositio-*  
*ne iuris civilis non fuit translationis equi dominium*  
*in te, sed solum datum ius ad tempore tribuens actionem*  
*personalem ad compensationem estimationis*  
*illius. In re igitur non distinguuntur haec verbalis*  
*traditio à puta, & simplici promissione. ita docet*  
*Molin. tom. 2. de inst. disp. 273. & Lessius tom. 1. de*  
*inst. lib. 2. cap. 18. dubit. 21 num. 11.*

2. Dicitur datio, seb. donatio liberalis, quia quando fit, neque sit tanquam iure debita, neque, ut ali- quid redditatur, tanquam ex iure aliquo antecedenti debito. Vnde excluduntur omnes donationes, seu potius redditiones, quae habent rationem solutionis alicuius debiti, vel permutationis, cum non sint merè gratuitæ, & liberales.

3. Dixi, tanquam iure debita, quia bene fieri potest donatio liberalis, tanquam debita ex gratitudine, que donatio remuneratoria in iure dicitur; non enim repugnat aliquid donati ex liberalitate, & ex gratitudine, cum liberalitas dispositio quedam sit ad gratitudinem, nemo enim potest esse gratus in benefactores, nisi sit ad liberalitatem propensus.

4. Ex dictis igitur disertimen patet inter promissio- nem, & donationem. *Promissio* enim secluso iure positivo ex natura sua non habet vim transferendi actu dominium in promissarium. Ratio evidens est, quia promissio respicit donationem futuram: donatio vero ex natura sua est translationis rei in alterum de praesenti. Posito tamen iure positivo, quo impeditur translationis dominij per donationem verbalement, coincidit donatio verbalis cum promissione, ut num. 1. in fine diximus.

5. Notabis igitur donationem reciprocam, non esse propriè donationem, nam propter vicissitudinem, & reciprocationem dicitur habere onus ad- nexum, quia tantum quis dat, quantum habere spe- rat, & ideo impropriè dicitur donatio: donatio enim, de qua agimus, est pura liberalitas, quæ hullo iure debetur. *l. donari*, ff. de donation. & ff. de regul. iuris. ex quo bene infert Iulius Clarus, statim allegandus, donationem reciprocam insinuatione non indigere, quia non est propriè liberalis, quæ sola insinuatione indigeret, ut valeat, ne cives depauperentur. Reciproca tamen non dicitur, si hodie dono tibi, & tu post annum mihi dones, ut optimè notat Tiraquellus in repetit. leg. si unquam. *C. derenocan. donat.* fol. 172. & Iulius Clarus §. do- natio. quest. 2. num. 2. quando tamen in donationibus reciprocis una multum superat alteram in eo, quo superat, pura & liberalis donatio consetur, ut optimè aduertit idem Tiraquel. ibi num. 169.

6. An autem pura, simplex, & liberalis donatio sit contractus nominatus, an innominatus, partitur opinio. Prima docet, olim fuisse contractus inno- minatum: hanc tenet glossa in *l. in adibui*. §. 1. verb. ex rebus. ff. de donation. Secunda, & communis

Fagundez de Iustitia, &c.

opinio docet, hodie esse contractum nominatum. hanc tenet Molina tom. 2. de inst. disp. 253. §. con- trarium. Iulius Clatus §. donatio. quest. 1. num. 2. Cornelius conf. xxi. in libro 1. Ripa in l. finali. n. 120. C. de renocand. donat. semper vero hodie, & olim contractum fuisse nominatum, docet Bartol. in l. su- ris genitum: in principio, ff. de pact. Alexand. ibi in principio. num. 8. & in l. finali. n. 13. ff. de condit. causa data: habet enim speciale, & elegans nomen, & ideo metit inter contractus nominatos consumme- rati debet. Ex hac resolutione

Inferritur primum quod sicut ceteri contractus no- minati, postquam perfecti sunt, non possunt, nisi de communis consensu reuocati, quia sunt ex natu- ra sua irrenocabiles. & sic altero contrahentium inuito reuocari non possunt; possunt tamen de communis consensu, quia obligatio per duas cau- fas ponitur, per easdem tollitur, ita etiam donatio postquam acceptata fuerit, natura sua manet irre- uocabilis, & non nisi de communis consensu dantur, & acceptantur reuocari potest; in hoc enim con- tractu, sicut & in ceteris nominatis, non admittit- tur poenitentia, nec dasur locus poenitentiae. & ad hoc solet à Doctoribus allegari textus in l. Aristoteles ff. de donatio. & ibi hoc docet Bettach. in verb. donatio. vers. 17. Iulius Clarus §. donatio. q. 1. n. 3. Mol. tom. 2. de inst. disp. 253. §. contrarium. & alij, quos ibi clara inducir Iulius Clarus.

Inferritur secundum quod quemadmodum ex aliis contractibus nominatis non solum resultat obligatio mutualis, sed etiam civilis, ita etiam resultat ex contractu donationis, & promissionis acceptatae; ita Doctores modo allegari.

Sed difficultas est, virum donans rem alienam, sicut dominus à donatio euincat, teneat ipse donans eidem donatio de euictione? Respondeo. primo. Si res tradita fuit à donatore donatio, & ab eo post traditionem per dominum rei fuit cui- ñta, & donatio ab ipsa traditione incepit, non te- nerit liberaliter donatorem de euictione ipsi dona- torio, sive scuerit, quando tradidit rem fuisse alie- nam, sine non scuerit. Ratio est, quia, quando do- natio incipit à traditione, iam non habet donata- riū ius aliquid aduersus donatorem, super eam rem, & cum fuerit donatio mercè liberalis, nulla manet in donatore erga donatarium iustitiae obligatio ad reficiendum illi damnum euictionis, quia do- nator tradidit illi eam rem certam, & determinata- tam, & nullam aliam ei promisit, & nec formaliter, nec virtualiter, nec tacite, nec expresse se ad aliam ei voluit obligare; quare nulla apparet ratio, nullum principium, unde iuste possit obligari. ita docet Molina tom. 2. de justitia. disp. 252. fol. 3. §. se- cundo. Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 2. num. 32. & cap. 4. num. 1. & patet expresse ex l. Aristoteles §. si- nali, ff. de donationib. verb. Labeo ait, *Si quis mibi rem alienam donavit, inque eam sumptus magnos fecero, si ea mibi euincatur, nullum mibi actionem contra donatorem competere.* Planè tamen de dolo posse me aduersus eum habere actionem, si do- lo fecit.

Excipe tamen, nisi forte donatarius expensas ali- quas fecisset in defendenda se euicta, tunc enim si donator cum donauit, conscient erat, rem esse alie- nam, tenetur donatario ad expensas omnes, tam ad illas, quas fecit in defendenda re, quam ad utiles, & necessarias, & tenetur insuper ad damnna subsecuta; non tenetur tamen ad valorē, & estimationem rei euictae, patet ex dicta l. Aristoteles ibi, *Inque ea magnos sumptus fecero, si ea mibi euincatur, nullam mibi actionem contra donatorem competere;* planè

tamen

## 254 De translat.dominij per donationem.

tamen de dolo intellige si cum mihi donauit, sciebat esse alienam) posse me aduersus eum habere actionem, si dolo fecit. id est, si sciens esse alienam, illam ille mihi dedit. Si vero ignorabat esse alienam, & bona fide dedit, nec ad expensas, nec ad damna tenetur, quia ea obligatio per accidens sequitur ex donatione, per se autem ex dolo, & scientia; quae autem per accidens sunt, in obligationem venire non possunt. ita Barr. & communiter Doctores ad predictam legem Arist. §. fin. de donat. Molin. & Anton. Gomez relati.

¶ 1. Si autem donatio rei alienae incepit a promissione, ita ut res aliena prius promissa fuerit a donatore, sive sciente, sive ignorantiae esse alienam, & fuit acceptata a promissario, bona fide, ignorando esse alienam, & postea ei tradita; tunc quidem, si illa euincatur a donatario, affirmat Anton. Gomez dicto tomo 1. variarum cap. 2. num. 35. Barrol. ad legem civitatem Arist. Imola, Albertus, Paulus Castrensis ad eandem legem, quos refert, ac sequitur ipse Gomez ibidem, teneri donantem donatario de euictione, quoad rei valorem, & estimationem. & ratio illorum est, quia donator per antecedentem promissionem acceptatam manet de iustitia obligatus ad tradendam donatario rem promissam, dominiumque illius, quam obligationem non expletuit per traditionem rei alienae; ac proinde si ea res tanquam aliena a donatario euincatur, tenetur de euictione, sive sciat, sive ignoret esse alienam. Quando tamen id ignorauit, & bona fide promisit, putans esse suam, tenetur solum de euictione, reddendo donatario valorem tantum rei, & estimationem, non tamen ei tenetur de expensis, nec de damno; quando vero sciebat esse alienam, ad omnia ei tenetur. Confirmant hi Doctores hanc suam opinionem ex l. 1. C. de iure dotium, § secundo summa. ubi quando res in dotem bona fide data euincitur ex genere, si praecessit promissio dotis, tenetur locer, vel quilibet alius dotans genero de euictione, ei reddendo valorem, & estimationem aequalem.

¶ 2. Ita sententia vera est, ut ait Molina tomo 2. de iustie. diss. 2. 52. part. 3. § secundo summa, quando id, quod promissum est, erat res certa in genere, vel specie, ut tot boues, tot arietes, tot equi, tot arietis; non est autem vera, iuxta eundem Molinam, quando res promissa erat res aliqua certa, & determinata in individuo, ut hic numerus equus, hic bos, hoc predium, hic acerbus, aut saccus pecuniae. Ratio est, quia quando res in specie, vel genere promittitur, promissio fuit absoluta, & non limitata ad hunc numerum equum, bouem, vel predium; & ex promissione absoluta, absolute manet promissor obligatus, quia non limitauit suam promissionem, aut intentionem ad rem aliquam particularem: quando vero rem certam in individuo promisit, ut hic numerus equus, tunc quidem, si postquam illum tradidit, euincatur a donatario, non tenetur donator donatario de euictione; nisi expressus animus illius fuerit, velle se obligare ad valorem, & estimationem illius, in euentu, quo res sua non esset, vel quod euinceretur; qui animus, regulariter loquendo, non est presumendus in promissionibus gratuitis, & liberalibus, hanc opinionem Molina, tenet etiam Azor tomo 1. institutionum moralium, lib. 1. cap. 10. ques. 2. Navarrus in summa Latina, cap. 12. num. 45. & 46. Toletus lib. 4. summa, cap. 17. num. 6. Sylvestris verb religio 2. ques. 16. quamvis illi de voto loquantur; sed eadem est ratio. Probat autem illam Molina, & bene, primo, quia promissio non obligat ultra intentionem promittentis; quan-

do ergo quis in promissionibus liberalibus promisit hanc numero rem in singulari, ex vi promissionis ad illam solum tenetur, non ad aliam, eo enim ipso, quod hanc rem in singulari liberaliter promisit, ita intentionem suam ad illam limitauit, ut nullam aliam promiserit, ac proinde, si tanquam aliena euincatur a promissario, non tenetur ei ad aliam, neque ad valorem, & estimationem illius, propter euictionem, secus si promissio sit onerosa, ut promissio dotis. Secundo, quia in dubio melior est condicio possidentis, qui autem rem aliquam donauit, & tradidit illam, est in possessione reliquatum rerum suorum; quare nisi sibi constet de animo suo, non tenetur se illis priuare, reddendo valorem rei euictae, ut de se patet.

Ad leg. i. C. de iure dotium, quatenus inde aliquid argumentum deduci poterat contra nos; respondeo, in ea leg. sermonem esse de promissione facta genero causa dotis ad sustentanda onera matrimonij, atque adeo de promissione onerosa, & ideo statui, ut si donatio, est dotatio rei certa in individuo, & a promissione incepit, teneatur locer genero de euictione illius: nos vero loqui de promissione gratuita, & liberali, de qua est diversa ratio.

### CAPUT. II.

#### De donatione conditionali, & de in diem adiectione.

1. *Omnis donatio de in diem adiectione, est conditionata, non tamen omni conditionata, est de in diem adiectione.*
2. *Donatio conditionata proprie conditionem adhexam non desinit esse donatio, conditio enim non mutat substantiam illius.*
3. *Si donatio, vel promissio fiat in diem certum, aut tempus certum, inquit tamen tamen sit, quando ille dies, vel tempus adueniet, ita est valida, ut teneantur heredes donatoris implere illam, etiam heredibus donatarij adueniente conditione dies, vel temporis certi.*  
*Ponitur exemplum, ibid.*
4. *Quid de legato in diem, & tempus certum, quando incertum est, quando dies ille, vel tempus adueniet, ut est tempus, & dies mortui.*
5. *Quid quando testator, vel legator premoritur legatario.*
6. *Donationes facte in diem, ac tempus incertum, quod incertum est, quando videntur, sunt donationes conditionales.*
7. *Idem de legatis.*
8. *Quid si obsequia mihi praeferit a promittas, vel dones mihi centum, & tu praeiorias mihi, & ego tibi, & num. 9.*
10. *Quid de hac donatione, vel promissione, Promitto tibi, vel dono tibi centum, quando impseris, vel, vi nubas, an tunc ei danda sint illa centum, si promissor premoritur, ante quam illa nubat.*
11. *Quid si promissaria consobrina, v. c. moriatur prius promissore, donatoreve, an tunc illa debentur heredibus consobrina, & quid si testamento legentur.*
12. *Quid quando donatio, & promissio fit ad Calendas Ianuarias, & sunt multa Calendas in quibus verificari id possit.*
13. *Promissor cum dicit, Ad talen diem soluam, non potest*

- potest obligari ad soluendum eo die, sed sequenti.
- 14 Quando aliquis promittit, vel dicit alicui, se daturum ei tantum singulis annis, mensibus, vel hebdomadis, non tenetur soluere, nisi in fine anni, mensis, &c.
- 15 Quid de hoc modo promittendi, vel donandi: Omnibus annis, mensibus, vel hebdomadis tibi dabo centum, an tunc teneatur id soluere in principio, an in fine.
- 16 Quid si dicat, Promitto tibi me daturum tibi tantum, vel tantum, dum vixero.
- 17 Quid si quis promittat alicui se ei donaturum aliquid, aut facturum, non assignando quando, & nisi faciat, se solutum tantum in paucam, an hec promissio statim sit implenda, an sit conditionata.

1. OTISSIMA est divisio donationis in donationem puram, seu simplicem, & in donationem conditionatam, & consequenter in donationem de in diem adiectione, omnis enim promissio, & donatio de in diem adiectione, est conditionata; non tamen omnis conditionata est de in diem adiectione: in dubio autem, an donatio sit pura, an conditionalis, censenda est pura, & simplex donatio; sic in dubio, an legatum sit purum, & simplex, an conditionale, purum, & simplex est censendum, ut bene aduertit Molin. tom. 1. de iustit. disput. 205. & 284. & Sylvestris verb. donationi initio. & tunc onus probandi contrarium aduersario incumbit, ut ait Molina primo loco allegatus, & Anton. Gomez tom. 1. variar. cap. 12. num. 57.

2. De donatione conditionata multa egimus lib. 1. de contractibus in genere, cap. 7. ubi latè egimus de contractibus conditionatis, & modalibus, quæ omnia hic accomodanda sunt, ne prolixius simus, & eadem repetamus. Hic igitur solum ea, quæ magis necessaria duximus, tangemus. Donatio ergo conditionalis, etiam si conditionalis sit, non definit esse propriè donatio; nam licet habeat conditionem adnexam, illa conditio non est qualitas, quæ mutet substantiam actus, & ideo non definit esse vera, & propria donatio; sic dispositiones, quæ habent conditionem adnexam, non propterea substantiam mutant, nec definit esse dispositiones, licet sint modificatae, prout conditio eas modificat. ita glossa in l. 1. in princip. in verb. secutione, ff. de donationib. Curtius junior in l. 1. num. 73. ff. si certum patet. Julius Clarus §. donationi, quæst. 2. num. 1.

3. Statuo igitur primò, si promissio, aut donatio realis fiat in diem futurum, aut tempus futurum certum, incertum tamen sit, quando ille dies, aut tempus adueniet, & futurum sit, valida est promissio & donatio pendens à conditione illius temporis, & diei certi, qui ignoratur, quando eventurus sit; & non solum ipse donator, & promissor, sed illorum etiam hæredes tenentur illam implere, vel donatario, & promissario acceptantibus, vel illorum hæredibus. v. c. donavit, vel promisit Antonius Paulo centum aureos soluendos decem annis post diem mortis suæ; acceptauit Paulus promissionem, vel donationem, licet ignoraretur dies, quo ille morietur, & nesciatur tempus, quo discessurus sit, valida est promissio, & etiamsi Paulus præmoriatur Antonio, tenetur promissor Antonius, vel illius hæredes, reddere promissum, seu promissionem implere hæredibus Pauli. Et verò etiamsi ex his promissionibus, statim, ac fiunt, oriatur obligatio, non tamen res promissa statim soluenda est: &, si

Fagundez de Iustitia, &c.

statim peratur, eliditur petitio exceptione, qua quis dicere potest, non dum aduenire diem traditionis, nam quanvis à puncto factæ promissionis res debatur, non tamen oritur obligatio tradendi, nisi clapsò die futuro. ita patet ex l. omnis stipulatio, vers. in diem, ff. de verbis obligat. & ex l. cedere dicim, ff. de verbis significat. & ex l. certi conditionis, in principio, & ex glossa ibi, verb. ceterum, ff. si certum petatur, & ex l. 12. & 64. tit. 11. part. 5. docet Molin. tom. 2. diff. 284. §. quando aliquid in diem certum, & diff. 567. patet etiam ex l. sub conditione, l. nam si cum morior. l. quod sub ea conditione, l. qui promisit, ff. de conditione indebiti.

Ex qua doctrina evidenter appareret discrimen inter donationem, & promissionem in diem ex una parte, & inter legatum in diem ex altera; quoniam si legatarius præmoriatur testatori, seu leganti, nihil ipsi legatio, aut hæredibus illius deberur. Ratio discriminis est, quoniam in promissionibus, & donationibus, acceptatis statim oritur obligatio, & post acceptationem statim fiunt firmæ, & irreuocabiles, ita ut solum de communis consensu reuocari possint; in legatis vero non oritur statim obligatio, sed suspenditur usque ad mortem testatoris, cum toto tempore mortem antecedente reuocari possit: & sic testamenta, & legata non fiunt irreuocabilia, & obligatoria, nisi post mortem testatoris, cum testamentum sit ultima voluntas, quæ haberi non potest, nisi post mortem testatoris, & toto tempore antecedenti, usque ad ultimum spiritum reuocari possit; quamobrem, cum obligario testamenti suspendatur usque ad mortem testatoris, si eo tempore legatarius non extet, sed mortuus sit, nullum ius fuit quæcumque ab eo in legatum, quod possit transmittit ad hæredes suos. constat hoc ex l. si pupillus, §. qui sub conditione, ff. de novationibus, & ex l. 12. & 17. tit. 11. part. 5. docet Molina tom. 2. de iustit. diff. 284. §. illud obserua.

E contrario vero si testator præmoriatur legatario, & legatarius viuat tempore mortis testatoris, & post mortem testatoris moriatur ipse legatarius ante diem illum, in quo soluendum erat legatum iuxta voluntatem testatoris, tunc quidem transibit obligatio impleendi illud ad hæredes ipsius legatarii, & hæredes testatoris, legatorisque, tenentur illud eis soluere, si forte ipse testator non soluit. ita habetur in l. si dies apposita, & l. si post diem, ff. quando dies legatis cedat, & constat ex l. Sempronius, ff. de usu & usufructu legatis, & docet Molina allegatus.

Statuo secundò. Si promissio, seu donatio fiat in diem tempusque incertum; quod incertum est, quando futurum sit, tunc dies, tempusque appositum habent vim conditionis de futuro, & ideo efficiunt donationem verè conditionalem. Exemplum. Promittis, donasve mihi centum in diem, quo factus fueris Papa, Episcopus, vel Abbas; in tempus, quo uxorem duxeris, quo naues ex India venerint, tunc sicut incertum est, an matrimonium contracturus sis, an naues ex India venturæ sint, ita etiam incertum est omnino, an illud tempus, & an illi dies venturi sint, & ideo huiusmodi promissiones, donationesque factæ in diem, vel tempus, quod incertum est, conuertuntur propriè in donationes conditionales. Ita Molina tom. 2. de iustit. disput. 284. §. quando aliquid promissum est. Sumiturque ex l. 1. ff. de condit. & demonstrat. & l. quodcunque, §. non solum, ff. de verbis obligat.

Idem dicendum est de legato relicto in diem, tempusque certum, quod tamen incertum est, quando futurum sit, tunc enim etiam legatum conditionale est, v. c. testator alloquens hæredem suum in

## 256 De translat.dominij per donationem.

testamento , dixit, *in die, quo morieris, trades consobrinas meas domum hanc.* Legatum hoc est conditio-nale , cum dies mortis haecdis sit incertus , inuol-uirque hanc conditionem, si mea consebrina mihi , & tibi superuixerit, tradantur illi domus iste; vnde si illa premoriatur , non transmittricte legatum ad haeredes illius. ita habetur *in l. i. ff. de condit. & de monstr.* docet Molina allegatus, & alij.

8. Statuo tertio. Si ob obsequia tibi praestita decem , v.c. dones , aut promittas in diem , sea tem-pus incertum , velut in diem , quo matrimonium contraxeris , Sacerdos , Episcopus , vel Abbas fueris , aut naues ex India venient , ei , qui ea tibi praestitit , & donatarius , vel promissarius premo-riatus ante matrimonium a te contractum , & ante eum diem; & tempus ad eorum haeredes respec-tive transmittitur id , quod eo modo donatum , trans-misumve fuerit, estque statim eis soluendum , siue promittens contrahat , siue non contrahat , naves veniant , vel non veniant , Sacerdos factus fueris , vel ante sacerdotium moriaris. ita Molina *tomo 2. de iustit. diff. 284. §. ab hac tota.* Ratio est , quia si obsequia illa , plus minime ea remuneratio di-gna erant, tantumdemque iudicio prudentum asti-mabantur , eo ipso, quod illa remunerare noluit , & satisfacere ei , qui ea sibi praestitit , censendum est , promittentem , donantemque intendere , ut etiam in euentu , quo ille non contraheret , immo etiam; ut in omni euentu obsequia tibi praestita satisfacta maneat , credendumque est apposuisse diem illum incertum , solum in eius favorem , cui promisit , aut donavit ; quare si ille , cui ea promissio , aut do-natio facta fuit , moriatur , plane ad illius haeredes id , quod eo pacto sibi promissum fuit , transmittitur , estque eis statim soluendum , alioquin ser-uitia insatisfacta manerent , quod non est di-cependum.

9. Si etiam moraliter certum sit, quod donans ipse , vel promittens , matrimonium non sit contractu-ruis , vel quia religionem ingreditur , sacris Ordini-bus initiatut , senex iam factus est , & ineptus ad illud iudicatur , vel quia certa est spes , cum velle statum celibatus perpetui eligere , tradenda illi sunt deceem promissa , maximè accedente Praefati au-thoritate , tradenda , inquam , vel ab eo , qui illa pro-misit , vel ab haeredibus illius. Ita idem Molina al-legatus *§. ab hac tota.* Nec obstat , quod ea promis-sio , i.e. donatio facta fuerit sub conditione , & condi-tio non fuerit impleta ; tum , quia ea conditio tota fuit apposita in favorem , & utilitatem promissa-rii , vel donatarii , ne dilataretur obligatio illius ea adueniente , non , ut extinguetur , non adueniente : tum quia , ut optimè notat Molina *tomo 1. dif-ffus. 208. §. ab hac tota;* ea promissio , de qua hic , & numero praecedenti loquimur , non tam sumit ra-tionem promissionis , donationisque conditionalis , quam donationis , promissionisque sub modo.

10. Ex dictis inferes : Si quis donet , vel testamento leget , ducentos , trecentosve aureos , quando illa nu-pserit , seu cum nupserit , vel , ut nubat , aut religiosa fuerit , statimque suscipiat ; ea sola , & precipua ratio-ne tunc dandos , ne illos ante consumat , & sic innupta , & sine statu maneat ob defectum dotis : tunc qui tem si illa superuinit testanti , vel leganti , ei daunti sunt huiusmodi ducenti aurei ab haeredibus legantis , & testantibz , licet contrarium teneat Syl-vester verb. *legatum 1.* quia hic dies fuit appositus in favorem consobrina , non in favorem haeredum testatoris , vel legatoris , voluit enim legator eo modo legandi , ut omnino legatum ad manus consobrina petueriaret , patet ex *l. i. 3. cum dies . & clarus*

*ex l. hares meus in principiis de condit. & demonstrat.* docet Molina *tomo 1. diff. 205. §. quando dies est cer-ta.* & *com. 2. diff. 284. 3. ab hac regula.*

Si autem consobrina ipsa , cui illi ducenti aurei ad nubendum relinquenterunt , vel donabantur , prius moriatur , quam legans , vel promittens , aut illos ei donans ad statum vita sumendum , tunc vi-dendu est; an testamento legati , ac relicti fuerint , an promissi , seu donati fuerint , & acceptati in vita donantis , vel promittentis extra testamentum : si testamento legati fuerint , & illa premoriatur le-gatori , testatorive , non tenetur ille eos dare haeredibus consobrinae , expitavit enim obligatio legati per mortem legatariae ; legatus enim non ac-quirit ius in legatum , nisi post mortem testatoris ; ac prouinde quamvis in favorem legatariae dies ille , & tempus illud incertum , cum nupserit , cum statum suscepit , appositus fuerit , nullum ius ex eo haeredes illius acquisierunt. Inde quamvis consobrina superuinit testatori , & aliquantulum postea innup-pta , & sine statu moriatur , predictum legatum ex-pitauit , & illius haeredibus non debetur , quia ea sola conditione erat relictum , ut nuberet , ut fieret religiosa , quod non habuit effectum. Si extra testa-mentum in vita donatoris , & promissoris , donati , promissi , & acceptati a promissaria , seu promissio-fuerint , similiter existimo non teneri donan-tem , vel promittentem eos illius haeredibus dare , quia sub illa conditione donuit . vel prouisit , ut nuberet , ut religiosa fieret , que conditio per mot-tem illius cessavit absque malitia , & impedimento testatoris , ut suppeditamus ; igitur conditione non impleta , nec illi , nec illius haeredibus debentur : si tamen callide , & malitiosè donator , vel promissor statum consobrinæ impediuit , ne promissum im-pleret , credo teneti tunc eos dare haeredibus con-sobrinæ , modò consanguinei sint , non autem ex alio latere , quia frans , & doles non debet suo pa-trocinari auctori. *L. quoties , §. qui dolo , ff. de probat. cap. Sedes Apostolica , de re scriptis , ad finem cap ex literis , de dolo , & conuincia.* & quia et ceterum est solum ad consanguineos suos habitualem dona-toris , seu promissoris voluntatem se extendisse , iuxta superius dicta cum de promissione egimus.

Statuo quarto. Quando donatio , vel promissio fit ad diem certum , veluti ad Calendas Ianuarias , & sunt multi dies certi , de quibus id intelligi po-test , v. c. multæ Calendæ Ianuatiæ , intelligendum est de Calendis Ianuariis proximiocibus. Idem est , si dicatur ad diem Paschatis , ad diem D. Ioannis , dabo ribi hanc rem. Sin autem in ipso die Paschatis , vel D. Ioannis , vel in Calendis Ianuariis promissio fiat , & dicatur In die , vel ad diem Paschatis dabo ribi hoc , non id intelligitur de ipso eodem die , in quo promissio facta fuit , sed de proximo venturo. Poteat tamen ipse promittens , si velit , eodem die , quo promisit , soluere , & cogere promissarium , vt accipiat , quia mors illa temporis in favorem ipsius promittentis , & donantis apposita fuit , cui ille po-test cedere. ita Gregorius Lopez *l. 15 tit. 11 part. 5.* Molina *tomo 2 de iustit. diff. 284. §. si autem dicatur.* & sumitur expresse ex *l. quod in diem , ff. de solution.* quando tamen in gratiam creditoris dies esset pre-fixus , non potest cogi ipse creditor ante eum diem debitum accipere , iuxta dispositionem legis , si ita relictum , §. *Pegasius , ff. de legatis 2.* & aliis iuribus , quae citat glossa in *l. quod in diem.*

Similiter , cum in aliquo contractu , vel obliga-tione dicitur , Ad talēm diem soluam , promittens non potest cogi soluere eo ipso die , sed die sequen-ti , eo quod totus ille dies arbitrio soluentis tribui-debet ,

11.

12.

13.

debet, & quia, ut certum sit, non soluisse eo die, necesse est, ut integer ille dies elabatur. Ita habentur *Instituti de verbis obligatis*. §. *omnis stipulatio ad finem*. Si autem dicatur, In die S. Ioannis tibi soluam, tunc quidem potest cogi eo die soluere, quia ea verborum forma significat eo die esse soluendum, antequam effluat, ita Molina *tom. 2. de iustit. disput. 284* §. si autem, ad finem, & habetur *I. liber homo 2. §. decem bodes, ff. de verbis obligatis*. & verò licet dies accipiatur pro naturali, id est, pro spatio 24. circiter horarum, & pro artificiali, id est, pro spacio, quo Sol ab Oriente in Occidente in nostro hemisphaerio mouetur, communis tamen in negotiis agendis, & faciendis, & in iudicis pro artificiali accipitur. Interpellat autem dies alicui assignata ad aliquid faciendum pro homine, vnde tenetur debitor sine altera monitione codem die soluere. *I. magna, C. de iure emphys.*

14. Statuo quintò. Quando aliquis promittit se daturum aliquid alteri hoc anno, singulis annis, mensibus, hebdomadis, vel tali anno, id soluendum est in fine anni, mensis, hebdomadæ, &c. *I. qui hoc anno, ff. de verbis obligati. Molina tom. 2. de iustit. disput. 184. §. quando quis, in fine disputationis, l. 15. tit. 11. part. 5. Gregorius Lopez ibi verb. dare cada anno. glossa in §. qui hoc anno. Instit. de iutil. stipulat.* Ratio est, quia illud tempus censeretur appositorum in favorem debitoris, & ideo in fine temporis assignatum debitum debetur: incipit autem tempus à die promissionis, ut patet ex *I. qui hoc anno, de verbis obligatis*. In venditionibus autem incipit annus à die scripturæ.

15. Si tamen promissio, vel donatio fiat ita, Omnibus annis vita meæ dabo tibi hoc, vel, Omnibus mensibus cuiuscunque anni eleemosynam 100. au-reorum tibi dabo, vel tantam pensionem, intelligitur in principio cuiuscunque anni, vel mensis. Ratio est, quia quando facienda sunt plures præstationes, censeretur tempus appositorum causa multiplicandæ obligationis in favorem creditoris, & sic præstari debet in principio anni, vel temporis appositi. Ita Gregorius Lopez loco allegato, & Molina *tom. 2. de iustit. disput. 284* §. quando quis primo, patet ex iuribus modo citatis.

16. Quid autem, si non dixisti ita: Promitto me tibi daturum 10. omnibus diebus vita meæ; sed dixisti, Promitto me tibi daturum decem, dum vixero. Planè Bartolus ad *I. eum qui ita stipulatur, vers. quarto, ff. edem tit. cujus doctrina communiter approbatur*, distinguit de promissione facta pauperi, vel dico. Et quidem si promissio facta sit pauperi, afficit, teneri dare decem omnibus, & singulis annis, in principio cuiusque anni, ob rationem modò factam. Si autem facta sit diuini, teneri tantum semel dare illa decem per totum tempus vitæ suæ, nisi aliud aliunde constet de intentione; id tamen ex circumstantiis, & qualitate promissionis, & ex animo promittentis venandum erit. Si autem ex circumstantiis nihil haberi potest, tunc vera erit opinio Bartoli, quam refert, ac sequitur Gregorius Lopez *l. 15. tit. 11. part. 5. §. en todos los años*. An autem casu, quo una tantum vice debeantur, possint peti simul, vel minutatim, dubium est. Bartolus citatus tenet, quod minutatim debeantur, & non simul. Idem docet glossa in *I. legatum, ff. de annis legatis*.

17. Statuo sexto. Si quis promittat, se donatum, aut facturum aliquid alteri, non assignando *Fagundez de Iustitia, &c.*

diem, annum, vel tempus, in quo id facturus sit, & nisi id faciat, vel donet, addat se solutum tantum in pœnam, tunc quidem talis promissio, & donatio est pura, & simplex donatio, quia neque tempus, neque conditionem aliquam habet, & ideo res promissa primo quoque tempore implenda est, constat ex *I. eum qui Calendis, §. quoties, de verborum obligatione*. & §. *omnis stipulatio, Institut. cod. titulo*, & statim peti potest. Illud verò, statim, accipendum est moraliter, hoc est, cum aliquo temporis temperamento, quia non continuo accedere debet cum facio ad debitum recipiendum. patet ex iuribus citatis. docet Molina *tom. 2. de iustit. disput. 284. folio 212. §. quando stipulatio 1. Gregorius Lopez leg. 15. titul. 11. part. 5. vbi docet, ipsam pœnam non posse peti in iudicio, nisi prius constet, promittentem potuisse soluere, & non soluisse, quia pœna supponit culpam. In conscientia autem non debetur talis pœna conventionalis, antequam petatur, debetur tamen antequam iudicetur, sed debet peti prius extra judicialiter. Ratio est, quia in hoc distinguitur pœna conventionalis à pœna legali, quod legalis petenda sit per publicam autoritatem in iudicio, quia autoritas publica est legum publicarum executrix, nemmo autem tenetur esse executorem pœnae in seipsum, id enim durissimum esset; conventionalis autem pœna debetur ex mutuo, & priuato consensu, & ideo priuata autoritate à creditore peti potest, & non debetur antequam petatur. Ita Nauartus *in summa cap. 23. num. 66. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 8. ques. 7. Molina tom. 2. de iustit. disput. 377. pag. 403.**

### CAPUT III.

De donatione remuneratoria, qua personæ illam facere possint.

1. *Quid sit donatio antidoralis, seu remuneratoria. Verè, & propriè liberalis donatio dici non potest. ibid.*  
*Non obligat ex iustitia, sed tantum ex rellitudine. ibid.*  
*Non indiget insinuatione. ibid.*  
*Quantum possint viri, & femina donare absque insinuatione. ibid.*
2. *An donatio remuneratoria meritorum dicenda sit, etiam si de meritis aliter non constet, quam per confessionem donatoris.*
3. *Quid si de meritis constet, & in iudicio probentur, etiam si de illis donator nullam mentionem faciat, an tunc censenda sit donatio remuneratoria.*
4. *An donator de iustitia teneatur ea merita compensare, an solum ex gratitudine.*
5. *Quonodo dicantur merita plus minusve equivalere donationi remuneratoria.*  
*Si donatio remuneratoria multum excedat merita, dicetur liberalis, quoad excessum. ibid.*
6. *Quantus debet esse iste excessus, ut donatio sit gratuita, & liberalis, non remuneratoria.*
7. *Donatio remuneratoria est media inter donationem liberalem, & donationem obligantem ex iustitia, seu potius inter compensationem iustitia.*  
*An possit revocari ob ingratitudinem. ibid.*

## 258 De translat.dominij per donationem.

8. *Vi donatio remuneratoria sit, debent merita esse insignia, & qualia.*
9. *An Episcopi, & Prelati possint de bonis Ecclesiasticis facere donationes remuneratorias in testam̄tis suis.*
10. *An in vita, dum vivunt.*
11. *An Episcopi, & Prelati, qui licentiam habent à Summo Pontifice obiectam ad testandum, possint ex ea licentia maioratum efficere.*
12. *An Prelati Regulares possim donationes remuneratorias efficere, & quomodo, & quarens.*
13. *Patresfamilias an possint donationes remuneratorias facere de bonis filiorum, quorum ipsi familiam administrationem habent.*
14. *Quid de iure Lusitano.*
15. *Virūm donationes remuneratorias facta per milites, aut Ecclesiasticos concubinis, valida sint.*
16. *An valeant facta inter viros, & uxores, inter patres, & filiosfamilias.*
17. *Quid si vir constante iam matrimonio donationem faciat uxori, que ante matrimonium, & absque ipso illius, ei aliquid donavit, aut merita remuneratione digna fecerat.*
18. *In dubio, an donatio sit liberalis, an remuneratoria, quid dicendum.*

**D**ONATIO remuneratoria illa est, que propter obsequia, seruitium, aut beneficium aliquod sibi prestatum, à donatore sit, & hæc alio nomine donario Antidoralis dicitur. Et cùm fiat ob gratitudinem obsequij, aut servitij accepti, donatio merè gratuita, & liberalis dici non potest, sed potius, quasi compensatio rei acceptæ, vt patet ex l. Artius Regulus, ff. de donat. docent Reinolus obseruat. 31. num. 1. Couart. in cap. cum in officijs, de test. num. 10. Ceualllos tomo 1. commun. contra communes, quest. 173, num. 11. Mascard. de probat. conclus. 1236 num. 61. Itaque donatio remuneratoria, cum remuneratoria sit, & obsequia remuneranda respiciat, verè, & propriè donatio liberalis dici non potest, quamvis ex liberalitate, tanquam ex dispositione oriatur; licet enim non tenetur donator ex iustitia illam facere, & nullo iure cogente fiat, negari tamen non potest, quin saltem licet non ex iustitia, tamen ex gratitudine naturali, qui beneficium, & obsequium accipit, benefaciens sit obligatus, quod, vt dixi, oportet scire, ex eo enim sequitur, hanc donationem remuneratoriā non indigere insinuatione, vt bene docet Molina tomo 2. de iustit. diff. 192. ad initium. Solū enim donationes liberales indigent Regis insinuationē, seu licentia, vt validæ sint, quando excedunt quantitatem à iure permittam; ea autem quantitas est, quando donatio sit à viris, trecentorum ducorum, quando à foeminis, centum auctorum, vt constat de iure Lusitano, in nouis, ad lib. 4. sit. 62. Sed hac de re suo loco agemus. Nec per superuenientiam liberorum reuocatur, ita Socinus junior consil. 94. num. 15. lib. 1. Couart. in cap. cum in officijs, post num. 10. de testamentis. Iulius Clarus §. donatio, quest. 3. num. 1.

**S**ed hīc iam in vestibulo huius capitū, questio quædam est, quam Iulius Clarus num. 2. pulchram appellat, ea est, an donatio remuneratoria, que sit propter merita, valeat etiam si de ipsis meritis aliter non constet, quām per assertionem, confessio nēmque donantis? Certe doctissimus Petrus Barbosa conciuis meus, tomo 2. l. que dotti 34 ff. soluto matrimonio, num. 56. & 57. fol. 679. col. 1. ita decidit hanc questionem. Primo, vbi donator dicit se facere eam donationem propter merita, & beneficia

sibi præstata, valebit ut donatio remuneratoria, etiam si de meritis aliter non constet, neque necesse est ad valorem illius, vt merita ipsa probentur, & hoc etiam docet Iulius Clarus §. donatio, quest. 3. num. 2. Curtius junior conf. 142. num. 3. & in facto ita indicauit Parlamentum Delphinatus, testante Guidone Papæ decif. 95. & Iulio Claro dict. num. 2. Et ratio est, quia de beneficiis acceptis, nemo potest certior esse testis, quām ille, qui beneficia accepit. Secundo, si donator beneficia in donatione non exprimat, quantumcumque beneficia denter, & merita, probenturque manifeste, talis donatio non est censenda remuneratoria, sed simplex, ac merè liberalis. Ratio illius est, quia tunc ea merita, & beneficia censentur causa impulsua talis donationis; liberalitas verò causa formalis, ac finalis specificans, ac denominans tales donationes. & ita docet etiam Franciscus Ripa l. 11a stipulari, num. 20. ff. de verborum obligat. quatenus ait, ad cognoscendas donationes remuneratorias attendendum esse ad causam finalem. cum Barbosa consentit expressè Baldus, ex quo ille id sumpliit, in l. libud, num. 8. C. de sacrosanct. Eccles. Requiritur tamen, vt donatio sit remuneratoria, quod donator in donatione faciat speciale mentionem meritorum, nominando illa in particulari, & non sufficit, quod illam faciat in genere, vt post Oldradum, & alios tradit Menochius conf. 112. Tapia in l. vlt ff. de constitutis Princip. 2. part. cap. 9. num. 10. Bartolā in l. quædoris, num. 57. Reinos obseruat. 31. num. 5. quod procedit in foto externo.

Alij consentiunt cum Barbosa quoad primam partem, quatenus ait, donationem, in qua donator facetur merita, licet de meritis aliter non constet, quām per confessionem illius, esse verè remuneratoriā, & tanquam remuneratoriā valere: dissentient verò circa secundam partem, & aiunt, si de meritis præcedentibus apparet, licet de illis donator in donatione nullam mentionem faciat, & postea probentur, præsumendam, & censendam esse donationem remuneratoriā, non simplicem, & liberalē, vt dicebat Barbosa, hanc tener Menoch, de arbitrar. lib. 1. casu 88. num. 33. Mascard. de probat. concl. 560 num. 10. Garcia de donat. remuneratori. num. 49. glossa in l. donatione, verb. postulans. C. de collat. Sancius lib. 6. de matrimonio, diff. 6. concl. 2. Nauarrus in summa Latina, cap. 17. num. 146. Sylvestris verb. donatio 2. quest. 7. num. 23. Rosella verb. donatio 1. num. 47. vbi assertum, donationem factam à patre filio esse remuneratoriā, si probentur præcessisse merita remuneratione digna, etiamsi pater in donatione præcedentium meritorum mentionem non faciat. ( valet enim donatio remuneratoria facta à patre filio sub sua potestate constituta, probatis meritis remuneratione dignis, iuxta Doctores proximè citatos, quamvis sint personæ ad facientes donationes inter se ipsos de iure prohibiti.) Idem de donatione remuneratoria inter virum, & uxorem, iuxta Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 131. num. 4. Itaque in foro extenso opus est, vt probentur merita, alioquin in eo foro non censembitur donatio remuneratoria, nec valebit, vt talis, quando donator in donatione de meritis non meminit, vt supra diximus. In foro autem poli, non est necesse, vt ea merita probentur, sed iuficetur, si de illis donatario constet, vt eam donationem tanquam remuneratoriā in foro conscientia retineat; quia probatio tantum desideratur, vt judici in foro externo veritas constet. Ita Nauarr. cap. 17. num. 145. & præter allegatos Molini, sum 1. de iustit. diff. 144. § quando constat. Gutierrez de iur. am. p. 1. cap. 5.

*cap. 5. num. 18. Sancius citatus diff. 6. lib. 6. num. 3. Bartol. in l. si foris, ff. de castr. peculio. & alij; & hanc opinionem credo veram.*

4. Emergit hic secunda quæstio scitu digna, an donationem remuneratoria exigat talia merita, quæ de iustitia debeant compensari; & consequenter, an donator remunerans ea merita, de iustitia teneatur ea remunerare? Respondeo, nos iam docuisse numer. 1. ea merita non exigere remuneracionem iustitiae, nec teneri donatorem ea de iustitia remunerare, sed tantum ex gratitudine; sufficit enim, quod talia sint merita, & beneficia donatori impensa, ut ipse, tanquam vir honestus, & gratis ea debeat ex gratitudine remunerare, illumque ex gratitudine obligent ad antidora, seu ad remuneratorias actiones, vt bene docent Doctores communiter. Iulius Clatus §. donatio, quest. 3. num. 1. Couarr. & Sancius num. 1. induci in fine. Molina tom. 1. de iustit. diff. 244. fol. 1054. Sancius tom. 1. de matrim. lib. 6. diff. 6. concl. 1. Menoch. de presumptionib. lib. 4. presumpt. 67. à num. 3 1. constat ex l. Aquilinus Regulus, ff. de donat. vbi dicitur, eam esse verè, & propriè simplicem, & liberalem donationem, ad quam donator nulla alia præcedenti causa, nisi ut magnificientiam, & liberalitatem suam exercet, ducitur; at obligatus ex gratitudine ad antidoram remuneracionem, quando donationem remuneratoriam facit, non donat, solius exercende liberalitatis causa, sed potius, ut naturale debitum gratitudinis soluat: igitur donatio remuneratoria, non potest dici verè, & propriè simplex, & liberalis donatio, sed donatio remuneratoria obligans ex gratitudine, non ex iustitia.

5. Inquires igitur, quomodo dicantur merita æquivalente donationi plus minusve, si quidem, ut omnes fatentur, oportet, ut in donationibus remuneratoriis merita æquivalent donationi, alioqui pro gravi excessu, quoad ipsum excessum, liberalis censetur donatio, & gratuita, si valorem meritorum notabiliter excedat. Planè in hoc dari certa regula non potest, sed arbitrio iudicis, vel hominis prudentis standum est, qui attentis meritis ex una parte, & occasione, in qua merita, & beneficia præstata fuerunt, & attenta remuneracionis estimatione ex altera, id iudicabit. ita testatur Iason conf. 154. num. 5. lib. 2. quem refert, ac sequitur Loazes in suis allegation. pro Marchione Velez. fol. 193. num. 3. Iulius Clarus §. donatio, quest. 3. num. 4. regulariter enim loquendo, vbi à iure non est aliquid certò determinatum, arbitrio prudentis iudicis statut.

6. Quantus autem debeat esse iste notabilis excessus remuneracionis, ut donatio non indicetur remuneratoria, sed merè liberalis, non conueniunt Doctores. Dicitissimus Barbosa tom. 2. l. que doris, ff. soluto matrimonio, fol. 680. col. 2. num. 59. in fine, existimat, non excedi limites donationis remuneratoria, si id, quod datur in remuneracionem, excedat quantitatem meritorum in quarta parte, quia, vt ait Lancellotus citatus à Barbosa, ille, qui accipit beneficium, debet imitari agros fertiles, qui plus reddunt, quam accipiunt: si autem donatio hanc quartam partem meritorum excedat, in eo, quod excedit, erit nulla, & non erit donatio remuneratoria, sed liberalis, quia vtile non virtutatur per inutile, & ideo ratione excessus non virtutatur tota donatio remuneratoria. Ita docet Molin. lib. 2. de primog. cap. 8. num. 16. & Menochius lib. 7. de arbitr. casu 132. à num. 6. melius tamen Sancius tom. 1. de matrimonio, lib. 6. diff. 6. num. 10. Iulius Clarus, Loazes, & Iason num. 5. allegati, qui id, vt dixi, arbitrio iudicis prudentis committunt, qui

hoc indicabit attentis meritis, nobilitate, qualitate, & possibilitate donantis; solent enim nobiles, & diuites multo maiorem referre gratiam, quam sunt beneficia à se accepta, ut dicitur in cap. 1. de donatione. Ex dictis

Sequitur primò donationem remuneratoriam esse medium inter libertalem, seu gratuitam, & inter donationem, quæ in recompensationem iustitiae fit, quæ naturam sapit emptionis, vel permutationis. 7.

Sequitur secundò, cum donatio remuneratoria non sit simplex, & mere gratuita, & liberalis, sed sit donatio facta ob causam, prædictas remuneraciones non posse reuocari ob ingratitudinem: ita Molina tom. 2. de iustit. diff. 292. Iulius Clarus lib. 4. sent. 9. donatio, quest. 3. num. 1. Molina de primog. lib. 4. cap. 1. num. 45. pag. 523. nec requiri insinuationem, ut supra diximus num. 1. requiri vero pro excellu, si excessus excedat quantitatem, quæ dari non potest absque prædicta insinuatione: ita idem Molina de primog. lib. 2. cap. 8. num. 16. glossa in l. Aquilinus Regulus, citata, ff. de donat. verb. non meram. Bartol. ibi, num. 3. Baldus in l. illud, num. 8. ff. de cond. indeb. Alexand. conf. 13. num. 31. lib. 6. Iulius Clarus lib. 4. sent. 9. donat. quest. 7. ad pnum. Autonius Gabriel, qui plures refert, lib. 3. comm. opinion. de donat. concl. 1. num. 62.

Sequitur tertio, ut donatio remuneratoria talis dicatur, & sit, debere esse insignia ea obsequia, & benemerita propter quæ fit: non enim quæcunque merita sufficiunt, ut donatio remuneratoria dicatur, ut optimè animaduertunt Guido Papæ decis. 95. fol. 184. & Sancius tom. 1. de matrim. lib. 6. diff. 6. num. 5. 8.

Sequitur quartò, debere obsequia, & merita non esse alias debita, si enim essent alias debita, non essent remuneracione digna: in soluendo enim illo, ad quod quis tenetur, non potest existere liberalitatis meritum, quod pro ista liberalitate remuneratur, ut bene animaduertit Sancius num. 6. Castillo, Garcia, Azeuedo, & alij, quos ipse inducit.

Dubium etiam est, an Episcopi, & Praelati de bonis Episcopatus, & Ecclesiarum, quarum sunt Praelati, & tutores, & curatores, & patresfamilias de bonis pupillorum donationes remuneratorias possint validè efficere tam inter viuos, quam post mortem in testamentis suis. Et vero loquendo primo, de Episcopis, & Praelatis, respondeo, non posse post mortem id efficere, quia constat illos non posse validè testari per ultimam voluntatem de bonis Ecclesie; quare non possunt etiam in testamento per donationes remuneratorias de his bonis disponere: possunt tamen validè, & licite admonere suos successores, si non habeant aliunde bona propria, ex quibus salario de iustitia debita suis servis, & famulis soluant, ut ea illis de bonis Ecclesie, & Episcopatus soluant, & tenentur hanc admonitionem de iustitia facere, & successores ea illis de iustitia soluere; & similiter idem dicendum erit de ære alieno ab illis contracto ad defendenda bona Ecclesie, & dignitatem: & tunc quidem, si redditus aliqui erant iam vici ab ipsis Praelatis, de illis soluenda haec erunt; si non erant vici, tenentur noui, & successores Praelati de redditibus sui temporis ea soluere, & ratio est, quia Ecclesia, & Episcopatus tenet alere suum Episcopum, & caput competenter ad dignitatem suam, nomine autem competentis sustentationis veniunt etiam seruitia famulorum, modò illorum numerus moderatos sit: deinde, quia seruitia impensa à famulis Praelato aliquius Ecclesie, quatenus Praelatus illius est, Ecclesie censo

*cap. 5. num. 18. Sancius citatus diff. 6. lib. 6. num. 3. Bartol. in l. si foris, ff. de castr. peculio. & alij; & hanc opinionem credo veram.*

4. Emergit hic secunda quæstio scitu digna, an donationem remuneratoria exigat talia merita, quæ de iustitia debeant compensari; & consequenter, an donator remunerans ea merita, de iustitia teneatur ea remunerare? Respondeo, nos iam docuisse numer. 1. ea merita non exigere remuneracionem iustitiae, nec teneri donatorem ea de iustitia remunerare, sed tantum ex gratitudine; sufficit enim, quod talia sint merita, & beneficia donatori impensa, ut ipse, tanquam vir honestus, & gratis ea debeat ex gratitudine remunerare, illumque ex gratitudine obligent ad antidora, seu ad remuneratorias actiones, vt bene docent Doctores communiter. Iulius Clatus §. donatio, quest. 3. num. 1. Couarr. & Sancius num. 1. induci in fine. Molina tom. 1. de iustit. diff. 244. fol. 1054. Sancius tom. 1. de matrim. lib. 6. diff. 6. concl. 1. Menoch. de presumptionib. lib. 4. presumpt. 67. à num. 3 1. constat ex l. Aquilinus Regulus, ff. de donat. vbi dicitur, eam esse verè, & propriè simplicem, & liberalem donationem, ad quam donator nulla alia præcedenti causa, nisi ut magnificientiam, & liberalitatem suam exercet, ducitur; at obligatus ex gratitudine ad antidoram remuneracionem, quando donationem remuneratoriam facit, non donat, solius exercende liberalitatis causa, sed potius, ut naturale debitum gratitudinis soluat: igitur donatio remuneratoria, non potest dici verè, & propriè simplex, & liberalis donatio, sed donatio remuneratoria obligans ex gratitudine, non ex iustitia.

5. Inquires igitur, quomodo dicantur merita æquivalente donationi plus minusve, si quidem, ut omnes fatentur, oportet, ut in donationibus remuneratoriis merita æquivalent donationi, alioqui pro gravi excessu, quoad ipsum excessum, liberalis censetur donatio, & gratuita, si valorem meritorum notabiliter excedat. Planè in hoc dari certa regula non potest, sed arbitrio iudicis, vel hominis prudentis standum est, qui attentis meritis ex una parte, & occasione, in qua merita, & beneficia præstata fuerunt, & attenta remuneracionis estimatione ex altera, id iudicabit. ita testatur Iason conf. 154. num. 5. lib. 2. quem refert, ac sequitur Loazes in suis allegation. pro Marchione Velez. fol. 193. num. 3. Iulius Clarus §. donatio, quest. 3. num. 4. regulariter enim loquendo, vbi à iure non est aliquid certò determinatum, arbitrio prudentis iudicis statut.

6. Quantus autem debeat esse iste notabilis excessus remuneracionis, ut donatio non indicetur remuneratoria, sed merè liberalis, non conueniunt Doctores. Dicitissimus Barbosa tom. 2. l. que doris, ff. soluto matrimonio, fol. 680. col. 2. num. 59. in fine, existimat, non excedi limites donationis remuneratoria, si id, quod datur in remuneracionem, excedat quantitatem meritorum in quarta parte, quia, vt ait Lancellotus citatus à Barbosa, ille, qui accipit beneficium, debet imitari agros fertiles, qui plus reddunt, quam accipiunt: si autem donatio hanc quartam partem meritorum excedat, in eo, quod excedit, erit nulla, & non erit donatio remuneratoria, sed liberalis, quia vtile non virtutatur per inutile, & ideo ratione excessus non virtutatur tota donatio remuneratoria. Ita docet Molin. lib. 2. de primog. cap. 8. num. 16. & Menochius lib. 7. de arbitr. casu 132. à num. 6. melius tamen Sancius tom. 1. de matrimonio, lib. 6. diff. 6. num. 10. Iulius Clarus, Loazes, & Iason num. 5. allegati, qui id, vt dixi, arbitrio iudicis prudentis committunt, qui

hoc indicabit attentis meritis, nobilitate, qualitate, & possibilitate donantis; solent enim nobiles, & diuites multo maiorem referre gratiam, quam sunt beneficia à se accepta, ut dicitur in cap. 1. de donatione. Ex dictis

Sequitur primò donationem remuneratoriam esse medium inter libertalem, seu gratuitam, & inter donationem, quæ in recompensationem iustitiae fit, quæ naturam sapit emptionis, vel permutationis. 7.

Sequitur secundò, cum donatio remuneratoria non sit simplex, & mere gratuita, & liberalis, sed sit donatio facta ob causam, prædictas remuneraciones non posse reuocari ob ingratitudinem: ita Molina tom. 2. de iustit. diff. 292. Iulius Clarus lib. 4. sent. 9. donatio, quest. 3. num. 1. Molina de primog. lib. 4. cap. 1. num. 45. pag. 523. nec requiri insinuationem, ut supra diximus num. 1. requiri vero pro excellu, si excessus excedat quantitatem, quæ dari non potest absque prædicta insinuatione: ita idem Molina de primog. lib. 2. cap. 8. num. 16. glossa in l. Aquilinus Regulus, citata, ff. de donat. verb. non meram. Bartol. ibi, num. 3. Baldus in l. illud, num. 8. ff. de cond. indeb. Alexand. conf. 13. num. 31. lib. 6. Iulius Clarus lib. 4. sent. 9. donat. quest. 7. ad pnum. Autonius Gabriel, qui plures refert, lib. 3. comm. opinion. de donat. concl. 1. num. 62.

Sequitur tertio, ut donatio remuneratoria talis dicatur, & sit, debere esse insignia ea obsequia, & benemerita propter quæ fit: non enim quæcunque merita sufficiunt, ut donatio remuneratoria dicatur, ut optimè animaduertunt Guido Papæ decis. 95. fol. 184. & Sancius tom. 1. de matrim. lib. 6. diff. 6. num. 5. 8.

Sequitur quartò, debere obsequia, & merita non esse alias debita, si enim essent alias debita, non essent remuneracione digna: in soluendo enim illo, ad quod quis tenetur, non potest existere liberalitatis meritum, quod pro ista liberalitate remuneratur, ut bene animaduertit Sancius num. 6. Castillo, Garcia, Azeuedo, & alij, quos ipse inducit.

Dubium etiam est, an Episcopi, & Praelati de bonis Episcopatus, & Ecclesiarum, quarum sunt Praelati, & tutores, & curatores, & patresfamilias de bonis pupillorum donationes remuneratorias possint validè efficere tam inter viuos, quam post mortem in testamentis suis. Et vero loquendo primo, de Episcopis, & Praelatis, respondeo, non posse post mortem id efficere, quia constat illos non posse validè testari per ultimam voluntatem de bonis Ecclesie; quare non possunt etiam in testamento per donationes remuneratorias de his bonis disponere: possunt tamen validè, & licet admonere suos successores, si non habeant aliunde bona propria, ex quibus salario de iustitia debita suis servis, & famulis soluant, ut ea illis de bonis Ecclesie, & Episcopatus soluant, & tenentur hanc admonitionem de iustitia facere, & successores ea illis de iustitia soluere; & similiter idem dicendum erit de ære alieno ab illis contracto ad defendenda bona Ecclesie, & dignitatem: & tunc quidem, si redditus aliqui erant iam vici ab ipsis Praelatis, de illis soluenda haec erunt; si non erant vici, tenentur noui, & successores Praelati de redditibus sui temporis ea soluere, & ratio est, quia Ecclesia, & Episcopatus tenet alere suum Episcopum, & caput competenter ad dignitatem suam, nomine autem competentis sustentationis veniunt etiam seruitia famulorum, modò illorum numerus moderatos sit: deinde, quia seruitia impensa à famulis Praelato aliquius Ecclesie, quatenus Praelatus illius est, Ecclesie censo

lere in foro exerno, dummodo tamen benemerita probentur aliunde, quam per confessionem, & simplicem assertionem donantis. In foro autem conscientia sufficit, quod reuera precedant merita, ut illae sint validæ, quanvis probari non possint; non valebunt tamen in eodem foro interno, si merita non dentur. Ita decisio Pedemontana *decis. 111. num. 6. fol. 171. §. 6* hec senatus Roland. *conf. 98. num. 53. lib. 1. Gutierrez de contractib. cap. 6. num. 11. & 12.* & idem dicendum est de legatis relictis propter benemerita ipsis concubinis, ut docet Afflictus *decis. 102. Petras Ancharrannus conf. 247. incipit. Dubium tamen facit, alias, Quæstio talis est, & addit. Matthæus de Afflictis*, ita fuisse iudicatum in senatu Neapolitano. Aliæ vero donationes, quæ non sunt remuneratoriae, etiam si sint donationes causa mortis factæ à militibus suis concubinis, sunt omnino invalidæ (*idem de militibus & clericis, pat enim est ratio de ipsis, atque de illis, quia utriusque sunt milites, illi temporalis militiae, isti spiritualis, iuxta communem Doctorum. constat ex l. si ancillam, C. de donation. inter virum, & uxorem. vbi miles, ancillam, quam emerat, concubinae suæ dedit, confessò instrumento emptionis in persona focarix, in quo continebat, quod focaria illam ancillam emerat, & interrogatus Imperator, de eo casu, & donatione, respondit optimè, quod licet donatio ipsa ex eo capite tenuerit, quod inter vitum, & uxorem non fuerit facta, tamen ob fauorem militum reuocari posse, seu nullam esse declarari. ibi, milites tamen meos à focariis suis hac ratione, sicut que adulatio* *nibus spoliari nolo. Scio tamen Molinam tom. 2. de iustit. disp. 275. §. occasione, non extendere decisionem predictæ legis, quæ solum loquitur de militibus temporalibus ad clericos, & milites spiritualis; ibi enim ita ait, Non mihi unquam persuadere potius privilegium illud & alia illi similia secularib[us] militibus intuitu secularis militiae præcisè concessa extendenda esse ad clericos, nisi peculiarem ea extensione lege aliqua fiat.* Hæc ille. Sed quidquid ille dicat, clarissimi Iutisperiti, veluti Gama *decis. 58. cum Bartolo, quem ibi citat, hanc extensionem approbat. & ab omnibus approbari debet; ne militia temporalis plus habeat, quam spiritualis, & luxuria, quam castitas.*

**16.** Ultimum dubium occurrens est, utrum valeant donationes remuneratoriae factæ inter viros, & vxores, inter patres, & filios familiæ? & quamvis hæc quæstio hinc iam tacta sit; respondeo tamen claritatis maioris gratia, valere. ita docet Sancius *de matrim. lib. 6. disp. 6. num. 11. Ioannes Lupus in rubric. de donat. §. 32. num. 8. Rosella verb. donat. num. 52. Angelus ibi, num. 5. initio. Syluester verb. donatio 1. quest. 1. Tabiena verb. donatio 3. initio. Armilla ibi, num. 24. Antonius Gomez l. 52. Tauri, num. 66. cas. 4. Molin. tom. 2. de iustitia disp. 289. §. tertius si fiat. Garcia de donat. remunerat. num. 21. Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 132. num. 4. & alij plures cum Reinoso obseru. 31. num. 8. & in foro conscientia sufficit, quod reuera precedant merita, quanvis non probentur: in foro autem externo opus est, ut ea merita probentur, aliter in eodem foro non valebunt. Quod huiusmodi Autores ex dupli fundamento probant. Primo, quia iura solum donationem inter coniuges prohibent, & non loquuntur de donatione remuneratoria, non enim hæc est absoluta, & liberalis donatio, sed potius recompensatio debiti ex gratitudine: nam etiam eodem modo ipsa iura prohibent donationes inter patresfamilias, & filios sub patria potestate constitutos, & tamen id non intelligitur de dona-*

tionibus remuneratoriis, ut supra probauimus. Sic intelligit Abbas in cap. finali, num 7. de donat. *inter virum & uxorem.* horrent enim iura, quantum possunt ingratitudinem, & postulant homines gratos, & libertales obsequiorum remuneratores. Secundo, quia id patet ex l. quod auctor, 4. si vir, ff. de donat. *inter virum, & uxorem,* vbi dicitur valere donationem, si vir, & uxori ad inuicem libi donent, quia est donatio remuneratoria, ut præter Abbat. circum explicat Titaquellus de nobilit. multos congettens, *cap. 18. num. 9. & alij. Ex quo*

**17.**

Inferatur primò, posse vitum constante matrimonio mulieri sibi abisque spe ipsius matrimonij ante ipsum matrimonium donanti aliquid donationem remuneratoriam illius prioris efficiere, ut docet Sancius citatus *num. 12. & Ioannes Lupus in rubric. de donat. §. 32. num. 8. fine.*

Inferatur secundò, non esse sequendam opinionem Pinelli *de bonis maternis, l. 1. part. 3. num. 61. & 62.* vbi pertinaciter negat valere donationem remuneratoriam inter vitum, & uxorem, quia in ea est sententia, ut donatio remuneratoria sit tantum ea, quæ parit ius, & actionem agendi, & repetendi remunerationem in iudicio aduersus eos, quibus beneficia contulimus, non autem solum lege gratuitinis ad antidora, in quo fallitur, ut ex dictis patet. Ex quo fundamento debili, & falso, sibi persuader inualidam esse donationem remuneratoriam inter vitum, & uxorem, quia nulla obsequia potest uxor prestare viro, ob que obligatio ex iustitia oratiu, ut sibi de iustitia remuneretur a viro. quod illius fundamentum est falsum, & fallum est etiam dicere, debere uxores omnia obsequia suis viris ratione societatis coniugalibus: non enim tenentur uxores nobiles obsequia fœdida & vilia maritis suis praekare, sed solum illa, quæ iuxta suam dignitatem & qualitatem non dedecent. Vnde non tenentur pedes vitorum kuare, cibos coquere, aut condire, nec alia seruilia ministeria exhibere. Facit optimè in eam rem l. interdum, ff. de oper. liber. ibi, sed si liberta, que operas promisit, ad eam dignitatem perueniat, ut inconveniens sit prestare patrono operas, ipsa iure hac intercedat. ita Sancius *tom. 1. de matrim. disp. 6. num. 14. Rosella verb. uxor. num. 6. & ibi Syluest. quest. 2. Ioannes Lupus in rubric. de donat. inter virum, & uxorem, §. 31. num. 2. & §. 50. num. 33.* quod tamen intelligendum est, nisi mariti ita sint pauperes, ut famulam conducere nequeant.

In dubio autem, an donatio sit remuneratoria, an merè gratuita, & liberalis, censendum est esse remuneratoriam, quia, ut inquit Ulpianus in l. nec adiecit, ff. prr socio, longè frequentius est homines non donare nisi ob merita, & idem docent Decius consil. 20. Tiraquel. in l. si unquam, verb. donatione largitus, num. 77. Menchaca de success. creat. §. 17. num. 111. Pinellus l. 1. C. de bonis maternis 3. part. num. 60. vers. Probatur, & alij.

**18.**

## CAPUT IV.

## De donatione ex falsa causa.

- 1 Pro materia huius questionis, vide lib. 1. de contractibus in genere cap. 9. à num. 11.
- 2 Quid agendum sit, & an etiam de legatis in hac questione.
- 3 Quid sit causa, & an sit id, proprie quod aliquid disponitur, aut efficitur.
- 4 Quando aliquis aliquid donat, vel promittit alii-

chi,

lere in foro exerno, dummodo tamen benemerita probentur aliunde, quam per confessionem, & simplicem assertionem donantis. In foro autem conscientia sufficit, quod reuera precedant merita, ut illae sint validæ, quanvis probari non possint; non valebunt tamen in eodem foro interno, si merita non dentur. Ita decisio Pedemontana *decis. 111. num. 6. fol. 171. §. 6* hec senatus Roland. *conf. 98. num. 53. lib. 1. Gutierrez de contractib. cap. 6. num. 11. & 12.* & idem dicendum est de legatis relictis propter benemerita ipsis concubinis, ut docet Afflictus *decis. 102. Petras Ancharrannus conf. 247. incipit. Dubium tamen facit, alias, Quæstio talis est, & addit. Matthæus de Afflictis*, ita fuisse iudicatum in senatu Neapolitano. Aliæ vero donationes, quæ non sunt remuneratoria, etiam si sunt donationes causa mortis factæ à militibus suis concubinis, sunt omnino invalidæ (idem de militibus & clericis, pat enim est ratio de ipsis, atque de illis, quia utriusque sunt milites, illi temporalis militiae, isti spiritualis, iuxta communem Doctorum, constat ex *I. si ancillam, C. de donation. inter virum, & uxorem. vbi miles, ancillam, quam emerat, concubinae suæ dedit, confessò instrumento emptionis in persona focarix, in quo continebat, quod focaria illam ancillam emerat, & interrogatus Imperator, de eo casu, & donatione, respondit optimè, quod licet donatio ipsa ex eo capite tenuerit, quod inter vitum, & uxorem non fuerit facta, tamen ob fauorem militum reuocari posse, seu nullam esse declarari. ibi, milites tamen meos à focariis suis hac ratione, sicut que adulatio nibus spoliari nolo. Scio tamen Molinam tom. 2. de iustit. disp. 275. §. occasione, non extendere decisionem predictæ legis, quæ solum loquitur de militibus temporalibus ad clericos, & milites spiritualis; ibi enim ita ait, Non mihi unquam persuadere potius privilegium illud & alia illi similia secularib[us] militibus intuitu secularis militiae præcisè concessa extendenda esse ad clericos, nisi peculiarem ea extensione lege aliqua fiat. Hæc ille. Sed quidquid ille dicat, clarissimi Iutisperiti, veluti Gama *decis. 58. cum Bartolo, quem ibi citat, hanc extensionem approbat. & ab omnibus approbari debet; ne militia temporalis plus habeat, quam spiritualis, & luxuria, quam castitas.**

**16.** Ultimum dubium occurrens est, utrum valeant donationes remuneratoria factæ inter viros, & vxores, inter patres, & filios familiæ? & quamvis hæc quæstio hinc iam tacta sit; respondeo tamen claritatis maioris gratia, valere. ita docet Sancius de matrim. *lib. 6. disp. 6. num. 11. Ioannes Lupus in rubric. de donat. §. 32. num. 8. Rosella verb. donat. num. 52. Angelus ibi, num. 5. initio. Syluester verb. donatio 1. quest. 1. Tabiena verb. donatio 5. initio. Armilla ibi, num. 24. Antonius Gomez I. 52. Tauri, num. 66. cas. 4. Molin. tom. 2. de iustitia disp. 289. §. tertius si fiat. Garcia de donat. remunerat. num. 21. Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 132. num. 4. & alij plures cum Reinoso obseru. 51. num. 8. & in foro conscientia sufficit, quod reuera precedant merita, quanvis non probentur: in foro autem externo opus est, ut ea merita probentur, aliter in eodem foro non valebunt. Quod huiusmodi Autores ex dupli fundamento probant. Primo, quia iura solum donationem inter coniuges prohibent, & non loquuntur de donatione remuneratoria, non enim hæc est absoluta, & liberalis donatio, sed potius recompensatio debiti ex gratitudine: nam etiam eodem modo ipsa iura prohibent donationes inter patresfamilias, & filios sub patria potestate constitutos, & tamen id non intelligitur de dona-*

tionibus remuneratoriis, ut supra probauimus. Sic intelligit Abbas in cap. finali, num 7. de donat. *inter virum & uxorem.* horrent enim iura, quantum possunt ingratitudinem, & postulant homines gratos, & libertales obsequiorum remuneratores. Secundo, quia id patet ex *I. quod autem, 4. si vir, ff. de donat. inter virum, & uxorem.* vbi dicitur valere donationem, si vir, & uxori ad inuicem libi donent, quia est donatio remuneratoria, ut præter Abbat. circum explicat Titaquellus de nobilit. multos congettens, *cap. 18. num. 9. & alij. Ex quo*

**17.**

Inferatur primò, posse vitum constante matrimonio mulieri sibi abisque spe ipsius matrimonij ante ipsum matrimonium donanti aliquid donationem remuneratoriam illius prioris efficiere, ut docet Sancius citatus *num. 12. & Ioannes Lupus in rubric. de donat. §. 32. num. 8. fine.*

Inferatur secundò, non esse sequendam opinionem Pinelli de bonis maternis, l. 1. part. 3. num. 61. & 62. vbi pertinaciter negat valere donationem remuneratoriam inter vitum, & uxorem, quia in ea est sententia, ut donatio remuneratoria sit tantum ea, quæ parit ius, & actionem agendi, & repetendi remunerationem in iudicio aduersus eos, quibus beneficia contulimus, non autem solum lege gratuitinis ad antidora, in quo fallitur, ut ex dictis patet. Ex quo fundamento debili, & falso, sibi persuaderet inualidam esse donationem remuneratoriam inter vitum, & uxorem, quia nulla obsequia potest uxor prestare viro, ob que obligatio ex iustitia oratiu, ut sibi de iustitia remuneretur a viro. quod illius fundamentum est falsum, & fallum est etiam dicere, debere uxores omnia obsequia suis viris ratione societatis coniugalibus: non enim tenentur uxores nobiles obsequia fœdida & vilia maritis suis praekare, sed solum illa, quæ iuxta suam dignitatem & qualitatem non dedecent. Vnde non tenentur pedes vitorum kuare, cibos coquere, aut condire, nec alia seruilia ministeria exhibere. Facit optimè in eam rem *I. interdum, ff. de oper. liber. ibi, sed si liberta, que operas promisit, ad eam dignitatem perueniat, ut inconveniens sit prestare patrono operas, ipsa iure hac intercedat.* ita Sancius *tom. 1. de matrim. disp. 6. num. 14. Rosella verb. uxor. num. 6. & ibi Syluest. quest. 2. Ioannes Lupus in rubric. de donat. inter virum, & uxorem, §. 31. num. 2. & §. 50. num. 33. quod tamen intelligendum est, nisi mariti ita sint pauperes, ut famulam conducere nequeant.*

In dubio autem, an donatio sit remuneratoria, an merè gratuita, & liberalis, censendum est esse remuneratoriam, quia, ut inquit Ulpianus in *I. nec adiecit, ff. prr socio,* longè frequentius est homines non donare nisi ob merita, & idem docent Decius consil. 20. Tiraquel. in *I. si unquam, verb. donatione largitus, num. 77. Menchaca de success. creatu. §. 17. num. 111. Pinellus I. 1. C. de bonis maternis 3. part. num. 60. vers. Probatur, & alij.*

**18.**

## CAPUT IV.

## De donatione ex falsa causa.

- 1 Pro materia huius questionis, vide lib. 1. de contractibus in genere cap. 9. à num. 11.
- 2 Quid agendum sit, & an etiam de legatis in hac questione.
- 3 Quid sit causa, & an sit id, proprie quod aliquid disponitur, aut efficitur.
- 4 Quando aliquis aliquid donat, vel promittit alii-

chi,

tor vel institutor non dixit expressè, se nolle donare, vel instituere, nisi subsistente causa? *Quarto*, quia prædictæ donationes, & institutiones non sunt in rei veritate eleemosynæ, quæ subsistunt, non subsistente miseria, & ægritudine, vel paupertate personarum, quibus dantur; quia eleemosynæ dantur propter Deum, tanquam propter causam finalē; & miseria pauperum solum est causa impulsuā, ut dicemus in frā num. 9. Sed sunt donationes, & institutiones simplices, & liberales, quæ primò, & per se sunt propter causam existimatam, tanquam propter causam finalē, quæ resolutur in tacitam conditionem: quare non subsistente conditione, non subsistent. & ideo probare non possum pro meliori, & probabili opinione, opinionem Panormitanam in cap. de donat. & in cap. si curio, de fide instrument. Gregor. Lopez in l. 19. glossa ultima, & l. 20. tit. 9. part. 6. Antonij Gomez tom. 1. variar. cap. 12. num. 66. & Molinæ tom. 1. de iustit. disp. 20. q. 6. secundum est, & aliorum qui assertunt in foro externo valere dispositions, institutiones, donationes quæ factas ob falsam causam, quam instituentes, & donantes veram putabant, quando expressæ in illis non declarant, se nolle, ut non valeant, nec subsistant, nisi subsistente, & vere data ea causa. Siue enim id exprimant, siue non exprimant, conditionales sunt saltem tacite, & semper non valent, causa non subsistente, ob quam finaliter dantur, & ideo idem mihi videtur dicendum omnino de foro externo, quod de foro interno dictum manet num. 4. proprie rationes modo factas.

6. Neque obstat lex, cùm tale, §. falsam. ff. de condit. & demonstrat. neque obstat etiam §. longè magis. Institut. de legatis. neque etiam obstat lex, demonstratio, §. qui autem, ff. de condit. & demonstrat. in quibus absolute dicitur falsitatem causæ non obstat, quo minus legatum valeat, aut institutio: vt si testator dicat, Lego Titio, qui negotia mea curauit, centum. legatum valet, etiamsi Titius talia negotia non egerit, quia præsumit ius causam, quæ disponentem mouit ad ita legandum, fuisse impulsuam, quando nihil aliud est expressum à testatore, & fuisse etiam finalē, ob quam nihilominus ita legaret: at quando nulla alia causa finalis datur, præter illam falsam, & per dolum inducētam, nulla appetit ratio, ob quam ius contrarium debeat præsumere.

7. Animaduertendū tamen hīc est, aliud esse, donatorem, cùm donat, in ea dispositione voluntatis esse, vt si sciret causam ob quam donat, legat, vel hæredē instituit, falsam esse, nullo modo id faceret: aliud in ea esse dispositione, vt etiam si id sciret, faceret, sed cum maiori difficultate. de primis procedit noster discursus, non de secundis. Animaduertes etiam multos esse, qui si à principio scirent causam ob quam legarunt, vel donarunt, falsam esse, & non subsistere, aut non esse tantam, quantam existimabant, re vera non legarent, nec donarent: & tamen postquam semel id fecerunt, animum non habent, vt inutila sit legatio, vel donatio; & de legato, & promissione id constabit, si in vita, aut antequam tradiderint, cognoverint causam non substitisse, & nihilominus factum non reuocarunt, ea enim non reuocatio, est noua approbatio, & confirmatio.

8. Ex doctrina data, & conculsione posita num. 4. sequitur, & infertur resolutio ad illum casum ex nobis inquisitum. Quidam finxit se amicum alterius, cognatum, vel propinquum, cùro tamen, nec cognatus, nec propinquus, nec amicus illius eslet,

sed id finxit, vt aliquid ab eo compararet per donationem, vel testamentariam dispositionem, quod ita factum est; comparavit enim non exiguae donationes, & legationes ab illo. Quæsitus fuit ex nobis, an factio ad restitutionem concrētur, eorum rerum, quas ita ab eo colosse, & fallaciter comparavit. Et respondimus primo, non teneri, si in ea fictione, & durante ea fictione aliqua obsequia sibi benefaciēti præstisit ea remuneratione digna, iuxta ea, quæ diximus supr̄ toto cap. 3. quia hæ donationes remuneratotia ob nullam causam reuocari possunt, nec per ingratitudinem, nec per superuenientiam liberorum, si cibsequia remuneratione digna vere subsistunt, vt supponimus, hæc subsistere. Respondimus secundo, si nulla obsequia ei præstisit ea remuneratione digna, nec legator, donator, aut is, qui eum hæredem instituit, ad id ejus aliunde tenebatur, teneri eum in conscientia restituere omnia quæ ob eandem causam fassam à donatore, legatore, vel institutore accepit, & non posse illa retinere in eodem foro, iuxta omnes Doctores citatos in n. 4. & doctrinam ibi traditam, quos omnes ad eam rem confirmandam adduximus. Respondimus tertio, in foro externo idem similiter esse dicendum, si quid per promissiones, & donationes liberales ab eo accepit: si vero per dispositionem testamentariam, probabile esse, illum non posse obligari à iudice ad eam restitutionem faciendam: probabilius mihi videri ad id posse obligari; quod confirmauimus rationibus, & Doctoribus hīc allegatis, & traditis.

Sed hīc insurgit celebris illa quæstio, quam latè tractanimus de contractibus in genere, lib. 1. cap. 9. à num. 16. & deinceps, vitium numerum pauperes illi, qui facta, & simulata paupertate, ægritudine que, & persone illæ, quæ facta sanctitate eleemosynas piorum colligunt, teneantur ad restitutionem illarum, & cui restitutio facienda sit? Pro cuius explicacione ad eum locum te remittimus; currit enim calamus ad alia, & vitium est, actum agere, & explicata repetere. Ibi enim tres posuimus opiniones, & tertiam sequuntur sumus, quæ ait, si mendici, & ægroti reuera causam aliquam mendicitatis, & ægritudinis habeant, maiorem tamen singunt, vt facilius homines ad commiserationem flectant, & maiorem stipem colligant, non peccare illos contra iustitiam, nec ad restitutionem teneri, etiamsi erogatores eleemosynatum non illas donarent, si scirent illorum malitiam, & maiorem fictionis majoris causæ, quam haberent, tolerabilis enim est deceptio ista, quæ homines ad beneficium propter Deum commouet, propterea enim, vt ait D. Chrysostomus hom. 28. ad populum Antiochenum, pauperes ad fores Ecclesiæ sedent, vt nos ex hoc spectaculo multum capiamus utilitatis, & simulatio illa pauperum potius vitium est nostrum, quam illorum; coguntur enim eas artes excogitare, vt nostram duritatem inflectant, tot enim oribus à nobis petunt stipem, quot habent vlebra, quot singunt vulnera.

## CAPUT V.

## De donationibus causa mortis, &amp; qui possint eas facere.

1. *Quid sit donatio causa mortis.*  
Sola morte donantis confirmatur, absque hereditatis aditione. *Ibid.*
2. *Quomodo fiat.*

Quid

tor vel institutor non dixit expressè, se nolle donare, vel instituere, nisi subsistente causa? *Quarto*, quia prædictæ donationes, & institutiones non sunt in rei veritate eleemosynæ, quæ subsistunt, non subsistente miseria, & ægritudine, vel paupertate personarum, quibus dantur; quia eleemosynæ dantur propter Deum, tanquam propter causam finalē; & miseria pauperum solum est causa impulsuā, ut dicemus in frā num. 9. Sed sunt donationes, & institutiones simplices, & liberales, quæ primò, & per se sunt propter causam existimatam, tanquam propter causam finalē, quæ resolutur in tacitam conditionem: quare non subsistente conditione, non subsistent. & ideo probare non possum pro meliori, & probabili opinione, opinionem Panormitanam in cap. de donat. & in cap. si curio, de fide instrument. Gregor. Lopez in l. 19. glossa ultima, & l. 20. tit. 9. part. 6. Antonij Gomez tom. 1. variar. cap. 12. num. 66. & Molinæ tom. 1. de iustit. disp. 20. q. 6. secundum est, & aliorum qui assertunt in foro externo valere dispositions, institutiones, donationes quæ factas ob falsam causam, quam instituentes, & donantes veram putabant, quando expressæ in illis non declarant, se nolle, ut non valeant, nec subsistant, nisi subsistente, & vere data ea causa. Siue enim id exprimant, siue non exprimant, conditionales sunt saltem tacite, & semper non valent, causa non subsistente, ob quam finaliter dantur, & ideo idem mihi videtur dicendum omnino de foro externo, quod de foro interno dictum manet num. 4. proprie rationes modo factas.

6. Neque obstat lex, cùm tale, §. falsam. ff. de condit. & demonstrat. neque obstat etiam §. longè magis. Institut. de legatis. neque etiam obstat lex, demonstratio, §. qui autem, ff. de condit. & demonstrat. in quibus absolute dicitur falsitatem causæ non obstat, quo minus legatum valeat, aut institutio: vt si testator dicat, Lego Titio, qui negotia mea curauit, centum. legatum valet, etiamsi Titius talia negotia non egerit, quia præsumit ius causam, quæ disponentem mouit ad ita legandum, fuisse impulsuam, quando nihil aliud est expressum à testatore, & fuisse etiam finalē, ob quam nihilominus ita legaret: at quando nulla alia causa finalis datur, præter illam falsam, & per dolum inducētam, nulla appetit ratio, ob quam ius contrarium debeat præsumere.

7. Animaduertendū tamen hīc est, aliud esse, donatorem, cùm donat, in ea dispositione voluntatis esse, vt si sciret causam ob quam donat, legat, vel hæredē instituit, falsam esse, nullo modo id faceret: aliud in ea esse dispositione, vt etiam si id sciret, faceret, sed cum maiori difficultate. de primis procedit noster discursus, non de secundis. Animaduertes etiam multos esse, qui si à principio scirent causam ob quam legarunt, vel donarunt, falsam esse, & non subsistere, aut non esse tantam, quantam existimabant, re vera non legarent, nec donarent: & tamen postquam semel id fecerunt, animum non habent, vt inutila sit legatio, vel donatio; & de legato, & promissione id constabit, si in vita, aut antequam tradiderint, cognoverint causam non substitisse, & nihilominus factum non reuocarunt, ea enim non reuocatio, est noua approbatio, & confirmatio.

8. Ex doctrina data, & conculsione posita num. 4. sequitur, & infertur resolutio ad illum casum ex nobis inquisitum. Quidam finxit se amicum alterius, cognatum, vel propinquum, cùro tamen, nec cognatus, nec propinquus, nec amicus illius eslet,

sed id finxit, vt aliquid ab eo compararet per donationem, vel testamentariam dispositionem, quod ita factum est; comparavit enim non exiguae donationes, & legationes ab illo. Quæsitus fuit ex nobis, an factio ad restitutionem concrētur, eorum rerum, quas ita ab eo colosse, & fallaciter comparavit. Et respondimus primo, non teneri, si in ea fictione, & durante ea fictione aliqua obsequia sibi benefaciēti præstisit ea remuneratione digna, iuxta ea, quæ diximus supr̄ toto cap. 3. quia hæ donationes remuneratotia ob nullam causam reuocari possunt, nec per ingratitudinem, nec per superuenientiam liberorum, si cibsequia remuneratione digna vere subsistunt, vt supponimus, hæc subsistere. Respondimus secundo, si nulla obsequia ei præstisit ea remuneratione digna, nec legator, donator, aut is, qui eum hæredem instituit, ad id ejus aliunde tenebatur, teneri eum in conscientia restituere omnia quæ ob eandem causam fassam à donatore, legatore, vel institutore accepit, & non posse illa retinere in eodem foro, iuxta omnes Doctores citatos in n. 4. & doctrinam ibi traditam, quos omnes ad eam rem confirmandam adduximus. Respondimus tertio, in foro externo idem similiter esse dicendum, si quid per promissiones, & donationes liberales ab eo accepit: si vero per dispositionem testamentariam, probabile esse, illum non posse obligari à iudice ad eam restitutionem faciendam: probabilius mihi videri ad id posse obligari; quod confirmauimus rationibus, & Doctoribus hīc allegatis, & traditis.

Sed hīc insurgit celebris illa quæstio, quam latè tractanimus de contractibus in genere, lib. 1. cap. 9. à num. 16. & deinceps, vitium numerum pauperes illi, qui facta, & simulata paupertate, ægritudine que, & persone illæ, quæ facta sanctitate eleemosynas piorum colligunt, teneantur ad restitutionem illarum, & cui restitutio facienda sit? Pro cuius explicacione ad eum locum te remittimus; currit enim calamus ad alia, & vitium est, actum agere, & explicata repetere. Ibi enim tres posuimus opiniones, & tertiam sequuntur sumus, quæ ait, si mendici, & ægroti reuera causam aliquam mendicitatis, & ægritudinis habeant, maiorem tamen singunt, vt facilius homines ad commiserationem flectant, & maiorem stipem colligant, non peccare illos contra iustitiam, nec ad restitutionem teneri, etiamsi erogatores eleemosynatum non illas donarent, si scirent illorum malitiam, & maiorem fictionis majoris causæ, quam haberent, tolerabilis enim est deceptio ista, quæ homines ad beneficium propter Deum commouet, propterea enim, vt ait D. Chrysostomus hom. 28. ad populum Antiochenum, pauperes ad fores Ecclesiæ sedent, vt nos ex hoc spectaculo multum capiamus utilitatis, & simulatio illa pauperum potius vitium est nostrum, quam illorum; coguntur enim eas artes excogitare, vt nostram duritatem inflectant, tot enim oribus à nobis petunt stipem, quot habent vlebra, quot singunt vulnera.

## CAPUT V.

## De donationibus causa mortis, &amp; qui possint eas facere.

1. *Quid sit donatio causa mortis.*  
Sola morte donantis confirmatur, absque hereditatis aditione. *Ibid.*
2. *Quomodo fiat.*

Quid

## 264 De translat dominij per donationem.

- Quid si fiat sub hac condicione, si ex hac ægritudine moriar; si moriar in hac navigatione, & quid si fiat absolute, post meam mortem. ibid.
- 3 Quare dicatur gratuita, & liberalis, cum tamen ex metu mortis fiat.
- Quid si hic metus ab aliquo extrinseco agente liberò fiat.
- 4 Diferentia inter donationem inter viuos, & causa mortis.
- Donationes causa mortis quando incipiunt à traditione, & à promissione, & quod differuntur inter illas, & num. 5. & 6.
- 7 Conveniunt cum illis, quia non confirmantur nisi morte donantis, & tunc tempore antecedenti reuocari possunt. ibid.
- 8 Conveniunt etiam, quia, ut valeant, opus est, ut donatarius supernatur donatoris.
- 9 Quot restis requirant.
- 10 Conveniunt, quia tam in illis, quam in testamentis condicio impossibilis habetur pro non apposita, & num. 11.
- 11 Differunt, quia legatum semper datur legatario ab hereditatu testatoris, seu legatoris, non itares donata.
- 12 Differunt, quia consentiente patre potest filius familiæ pie, & profane donare causa mortis de bonis, que ipsorum filiorum sunt quoad usum, & proprietatem, non tamen possunt profane testari.
- An id possint ad piæ causas. ibid.
- 14 Differunt, quia annullato, aut caducante testamento valeret donatio causa mortis, non tamen legatum, nisi ad piæ causas.
- 15 Differunt, quia accusans testamentum, ut falsum, & nullum, perdit legatum in eo relatum, non tamen donationem causa mortis, & quomodo id intelligatur.
- 16 Differunt, quia donatio causa mortis non indiget aditione hereditatis.
- 17 In quibus conveniunt, & differunt donationes causa mortis, & inter viuos, & num. 18.
- 18 An donatio causa mortis regulanda sit secundum leges contrarium, an secundum leges testatorum.
- 19 An vir uxoratus habens filios, vel filias, habens tamen ascendentem patrem, & matrem, auum, & aniam, possit donationes facere causa mortis, aut inter viuos.

1. **D**ONATIO causa mortis, est quedam gratuita, & liberalis ratio, vel dispositio voluntatis ex consideratione mortis, vel ex consideratione periculi mortis, presentis, vel futuri. sic docet Sylvest. verb. donatio 4. num. 1. & sola morte confirmatur, absque hereditatis aditione, ut cum donatio causa mortis sit presenti, & acceptanti, tunc enim ad illius confirmationem aditio non requiritur, & in hoc à ceteris legatis, ac fideicommissis, & relictis distinguitur, quæ non sola morte confirmantur, sed etiam aditionem requirunt, ut docet Bartol. in l. & in mortis, num. 1 ff de donat. caus. mort. Molina de primogen. lib. 1. cap. 12. n. 14. Alexand. in l. sciendum ff. de legatis 1. & communiter Doctores ibi.

2. Fit autem ita, ut si cum æger es, dones alteri aliquid, ita dicendo: Dono Petro talen, vel talen rem post meam mortem. hæc donatio dicitur donatio causa mortis facta, vel consideratione periculi mortis presentis, quia sit causa mortis, quæ de-

proximo timetur. Vel ita in instrumento dicendo, dum sanus es: Post meam mortem dono Petru statim, vel talen rem. hæc vocatur donatio causa mortis absolute, quia non sit proper timorem mortis, ex ægritudine presentis, sed proper mortem absolu. Si donatio fiat sub conditione, si mors, quæ de proximo timetur, sequatur, vel timore mortis ex periculo presentis infirmitatis, ablato eo periculo statim renocatur donatio, & nulla sit. Sic frequenter fiunt donationes ab illis, qui aggrediuntur navigationes periculosas, bella, aut peregrinationes, cum dicunt: Si moriar in hac navigatione, in hoc bello, in hac peregrinatione, ex hac ægritudine, donec talen, vel talen rem Petru. Et tunc quidem, ut dixi, easco eo periculo, illaque navigatione, aut peregrinatione, renocatur statim donatio. Si fiat absolute sub conditione mortis, qualis sit ab eo, qui licet duabus periculis mortis presentis, sufficienter tamen exprimit, & declarat, se absolute donare causa mortis absolute, siue proximæ, siue distantis, & non declarat se donare sub conditione mortis presentis infirmitatis, nec id ex voluntate illius (quæ semper attendenda est) sufficienter colligitur, tunc non renocatur statim easco eo periculo illius infirmitatis, sed adhuc subsistit, & valet donatio, dum illam in vita non renocat donator. Ita sumitur ex l. 2. & l. senarij, § mortis causa, ff de donat. caus. mort. & docet Molina, tom. 2. de iustit. quest. 287. Anton. Gomez tom. 2. variarum, cap. 4. num. 19. Couart. rnb. de testim. num. 23. & alij.

Dicitur gratuita, & liberalis, quia si hæc donatio fieret ex metu mortis illato ab agente libero causa donandi, non valeret, ut diximus in definitione promissionis, quia non libera esset, sed coacta: donatio autem gratuita, & liberalis, libera esse debet, ut valeat. l. meum, ff de eo, quod metu causa, l. 1. 1. ff eodem, docet Molina, tom. 2. de iustit. diff. 273. Sylvest. verb. donatio 4. num. 1.

Ex dictis patet discriminatio primæ inter donationem inter viuos, & donationem causa mortis: quod in donatione causa mortis donator magis vult retinere rem, dum vivit, quam donatarius, cui illam post mortem donat, & post mortem suam magis vult illam habere donatariū, quam suum heredem. In donatione vero inter viuos contrarium accidit, magis enim vult, quod donatarius rem habent, & retineat, quam ipse. l. 1. ff de donat. causa mort. Molina tom. 2. de iustit. diff. 287. § in explicat. initio diffut.

Nota vero, donationes causa mortis, vel incipere à traditione, vel à promissione. Incipiunt à traditione, si donans adhuc viuens post factum instrumentum donationis causa mortis statim tradat rem donatam donatario, non expectata sua morte, tunc quidem donatarius comparat dominium ipsius rei, quam per eam traditionem donator in eum transfert, sed tot modis reuocabile, quod modis renocari potest ipsa donatio, ut bene animaduerit Molina tom. 2. de iustit. diff. 283. § additum est; & habetur l. 2. & l. si mortis causa, § si vero. & l. qui mortis, ff de donat. caus. mort. docet Anton. Gomez tom. 2. variation cap. 4. num. 16. Molina lib. 1. de primogen. cap. 12. num. 15. licet enim iurisconsultus in l. non videtur ff de donat. causa mortis, dicat donationem causa mortis non esse validam, nec accipere perfectionem nisi à morte donantis: ibi, non videatur perfecta donatio mortis causa facta, antequam mors sequatur, intelligitur id, de donatione irreuocabili, quæ non est firma, & irreuocabilis, nisi post mortem donatoris: si tamen donator causa mortis, cum donatio rem tradidit, dixit, se illi nolle tradere

3.

4.

5.

dere dominium rei, tunc quidem dominium illius ex ea nuda traditione non transibit in accipientem nisi precedat titulus, & causa habilis ad illud comparandum; quare cum nullum aliud titulum habeat ad illud comparandum, præter ipsam donationem causa mortis factam, sequitur, ut irreuocabiliter non acquirat dominium donatarius, nisi post mortem donatoris. Sic tes traditæ matræ propter dotem futuratum nuptiarum, statim fiunt mariti, & nuptiae futuræ, cum traditione rerum est sufficiens titulus, ut maritus acquirat dominium rerum, tametsi reuocabile, & illud amittat eo ipso, quod nuptia non habuerunt effectum, ut habetur *I. de fructu, & l. seq. ff. de iure dotum.*

6. Incipiunt à promissione, quando non sequitur traditio, & olim quidem hæ donationes causa mortis solum valide fieri poterant inter præsentes, ut docet Antonius Gomez *tom. 2. variar. cap. 4. n. 16.* & Iulius Clarus *lib. 4. sentent. §. donatio, quæst. §. num. 3.* hodie vero, quemadmodum, & donationes inter viuos, non solum inter præsentes, sed etiam inter absentes, & per epistolas, & internuntios ad id deputatos valent, si sint acceptatae per personas de iure habiles ad acceptandum, & stipulandum pro donatariis absentibus, ut copiose diximus *lib. 3. de translatione domini per promissionem. cap. 7.* Sed non obstante ea acceptatione, solum obtinebunt vim, si morte donantis fuerint confirmatae, habentque id verum, etiam si donationes causa mortis in testamentis, aut codicillis fiant, nam non solum donationes causa mortis, sed etiam pacta, & contractus validè fieri possunt in codicillis, & testamentis, ut cum Bartolo, & communi Doctorum affirmat Couart. *in rub. de testam. part. 3. num. 17.* & Molina Theologus *tom. 2. de iustit. diff. 387. §. quando donatio causa mortis, in fine.*

7. Conueniunt tamen, & differunt in multis donationes causa mortis cum testamentis, & legatis.

Conueniunt primò cum illis, quia quemadmodum legatum, & testamentum non confirmatur, nisi morte testatoris, & toto tempore vita antecedentis reuocari, & mutari potest: sic donatio causa mortis. Ita Molina *tom. 2. de iustit. diff. 287. §. postremo in ea. Gama decis. 358. num. 2.* Molina *de primog. lib. 1. cap. 12. num. 14.* patet ex *l. qui mortis causa, ff. de donat. caus. mortis, & l. ultima, iitulo 5. part. 5.*

8. Conueniunt secundò in eo, quod quemadmodum opus est, ut legatus, & hæres superuiuant testatori, & legatori, ne legatum, & testamentum caduceret; ita, ut donatio causa mortis sit valida, opus est, ut donatarius superuiuat donatori; quemadmodum enim, si legatus, vel hæres in testamento institutus præmotiantur legatori, vel testatori, qui in testamento illum hæredem instituit, ipso iure caducat, & nullum redditur testamentum, & legatum; ita etiamsi donatarius causa mortis præmoriatur donatori, statim reuocatur, & nulla redditur donatio, perinde ac si numquam facta esset: ita Molina citatus *tom. 2. de iustit. diff. 287. §. tertio obserua, & omnes modò citati, & sumit ex l. non omnis, iusto, ff. si certum petatur, & Institut. de donat. in principio, §. mortis causa.*

9. Conueniunt tertio, quia utraque res requirit parem numerum testium, quinque nimirum testes, nam codicilla testamenta quædam sunt, codicilla autem de iure communi, & Lusitano quinque testes requirunt, testamenta vero septem, & quod donatio causa mortis requirat quinque testes, docet Molina *lib. 1. de primog. cap. 12. num. 17.*

Fagundez de Iustitia, &c.

Antonius Gomez *tom. 2. variar. cap. 4. num. 16. & Mardonius lib. 1. de probat. conclus. 56. num. 39.* Sylvestre *verb. donatio. 4. num. 3.* deducitur ex leg. vñsum. C. de donat. causa mortis.

10.

Conueniunt quartò, quia tam in donatione causa mortis, quam in testamento & legato locum habet substitutio, patet ex *l. 1. C. de substitut.* docet Sylvester allegatus.

11.

Conueniunt quintò, quia in donationibus causa mortis, & in cæteris reuocabilibus donationibus conditio impossibilis habetur pro non apposita, sicut in testamentis, legatis, & vltimis voluntatibus. Vide alia, in quibus conueniunt, apud allegatos, Molinam de primogeniis, & Sylvestrum.

12.

Differunt autem primò, quia legatum semper datut legatatio ab hæredibus testatoris. Res autem donata per donationem causa mortis aliquando datur donatario ab ipso donatore, ut cum incipit à traditione, ut diximus *nam. 5.* aliquando ab illius hæredibus: legatum vero si in vita legantis legatario tradatur, eo ipso perdit rationem legati, & transit in simplicem donationem inter viuos, ut bene animaduertit Sylvestre *verb. donatio 4. num. 3.* & glossa singularis *in l. legatum, ff. de legatu 2.* Unde cum transeat in donationem inter viuos, & perdat rationem legati, amplius reuocari non potest, secundum eundem Sylvestrum, quod Bartolus *ad dictam l. legatum*, dixit, tenendum mente. Contrarium tamen docet Molina *tom. 2. de iustit. diff. 287.* & Antonius Gomez *tom. 2. variar. cap. 4. num. 16.* vbi assertunt, adhuc huiusmodi legatum esse tot modis reuocabile, quot modis testamentum reuocari potest, ut dictum manet *nam. 5. de donatione causa mortis*, quod mihi probabilius videtur.

13.

Differunt secundò, quia consentiente patre potest filius familias donare causa mortis, non solum ad pias, sed etiam ad profanas causas de bonis, quæ filii sunt, tam quoad vñsum, quam quoad proprietatem, & dominium. v. c. de iis, quæ sibi ab aliquo relicta, aut donata fuerunt, ea conditione, & pacto, ut pater nihil in illis haberet, neque quoad vñsum, neque quoad ministracionem: nam huiusmodi bona potest filius familias, si pubes sit, vendere, donareque inter viuos, & causa mortis, alienare, & permittare sine villo patris consensu, imò repugnante patre. ita Molina Theologus *tom. 2. de iustit. diff. 261. §. sicut circa. Iulius Clarus §. testamentum, quæst. 5. Bartol. in l. si per eos, §. si filius, ff. de fideicommiss. & in l. iubilemus, §. 1. C. ad Trebellianum, Fabianus de Monte in tract. de empt. & vendit. quæst. 3. principalis, num. 4.* & idem est dicendum de illis bonis, quorum vñsum seculatum, & libertam dispositionem ei pater demittit. Et ratio est, quia tunc pater non consideratur in illis, tanquam pater, sed ut extraneus. Non possunt tamen de illis filii familias testari ad profanas causas, quia in iure prohibentur, hoc solum modo, quia filii familias sunt, quod receptissimum est, ut docet Vallascus *tom. 2. consult. 108. num. 36. §. responderetur,* & ita resoluta etiam glossa, & Bartol. & Doctores *in l. qui in pores testam. ff. de testam. & causa, ut animaduertit Vallascus ibi, ob quam nec de licentia & consensu patris possint filii familias de his bonis ad profanas causas testari, est, quia pater illum consensum præbet etrans in iure, putans, scilicet, si filium familias posse de consensu illius testamentum facere, quod non ita est; & hæc procedunt etiam de iure nostro Lusitano *lib. 4. tit. 8. num. 3.* quia autem non possunt testari, non possunt etiam legare, nec codicillare: ita autores citati, & patet ex *l. 2. ff. de legat. 1.* Sed de his redibit sermo *num. 24.**

Z

Differunt

## 266 De translat.dominij per donationem.

14.

Differunt tertiò, quia licet testamentum sit nullum, aut iure annuleretur, tamen resciso, & nullato testamento valet donatio causa mortis in eo facta; non valet tamen legatum in eo relictum, nisi ad pias causas relinquatur: ita Sylvester verb. *donarii* 4. num. 3. Couart. in rubr. de testam. num. 21. Vallascus tom. 1. consult. 61. num. 7. ubi citat multos, colligitur ex l. penult. §. ult. ff. de his, quibus ut indigna.

15.

Differunt quartò, quia accusans testamentum, ut falsum, & nullum, perdit legatum, si iudicatum fuerit nullum, vel falso; non perdit tamen donationem causa mortis, quæ in eo sibi fiebat. *I post legatum*, ff. de his, que ut indigna. *Instit. de donationib.* v. 1. Et ratio differentiarum est, quia hæc donatio non confirmatur per testamentum, sed per mortem donantis, ideo enim donatio causa mortis dicitur, quia morte donantis confirmatur: legatum autem testamento confirmatur valido, & firmo; quare resciso testamento, caducanteque caducat legatum in eo relictum, modò non sit pium, quia legatum pium semper valeret, etiam annullato, & resciso testamento.

16.

Differunt quintò, quia donatio causa mortis statim confirmatur morte donantis, & non indiget aditione; hæreditas vero aditionem requirit, ut sit valida, nam ultimæ voluntates non confirmantur, nisi adita hæreditate: donatio autem causa mortis, confirmatur, ut dixi, sola morte donantis, statim enim, ac sequitur mors donantis, donatio ipsa, quæ in tempus mortis collata erat, suam recipit perfectionem, non expectata hæredis aditione; secus in testamento, quia non recipit perfectionem, nisi hæres acceptet hæreditatem, & ideo etiam legata in eo relicta, quia de manu hæredis sunt accipienda, non accipiunt perfectionem, nisi post aditionem, seu acceptationem hæreditatis; quare si illam non acceptet, perit legatum, si non sit ad pias causas, ut dixi, ita Iulius Clarus lib. 4. *receptar. §. donatio*, q. 5. num. 2. Molina tom. 2. de instit. disp. 288. §. quod etiam ad secundum. Couart. in rubr. de testament. part. 3. num. 22. colligiunt etiam ex gloss. in l. post legatum, §. qui mortis, in verb. *legatario*, ff. de his, quibus ut indigna. docet Alexander in l. illud, versic. tamen donatio, post num. 4. C. de collat. Rubeus consil. 11. num. 6.

17.

Hactenus comparauimus donationem causa mortis cum testamentis, & legatis, & ostendimus res alias, in quibus conueniant, & disconueniant. Plures alias conuenientias, & disconuenientias vide apud Molinam inductum, Iulium Claram, & Sylvestrum. Nunc autem comparemus illam cum donatione inter viuos, in multis enim differunt. Primo differunt, quia, ut dixi, in donatione causa mortis magis vult donans rem possidere in vita, quam donatarius: in donatione autem inter viuos magis vult ipse donans donatarium rem possidere, quam se ipsum, sicutdem statim se illa illiusque dominio priuat, & illud in donatarium transfert. Differunt secundo, quia donatio causa mortis omnium bonorum, præsentium, & futurorum, valida est, eo quod non auferat libertatem testandi, cum revocari toto vitæ tempore ad libitum donantis possit: donatio autem inter viuos omnium bonorum, præsentium, & futurorum, est omnino nulla, quia auferit libertatem testandi. patet ex ordin. nou. Lusitan. lib. 4. tit. 70. §. 3. & ita docet Molina tom. 2. de instit. disp. 280. §. 3. & ita docet Molina tom. 2. de instit. disp. 280. §. dubium est. Sed hac de re redibit infra sermo in suo titulo. Hic iam emergunt dubia.

18.

Primum est, an donatio causa mortis regulanda

sit secundum leges contractuum, an secundum leges loquentes de testamentis? Respondeo breviter & resolutius, donationem causa mortis, quoad confectionem, hoc est, ut fiat, & quoad modum faciendi, regulandam esse per leges contractuum: & ideo si statuta loci requirunt talē modum faciendo, tot testes, talē Notarium, id ipsum requirit donatio mortis causa; postquam vero facta est, quoad efficaciam, & effectum, magis accedere ad ultimas voluntates, quam ad leges, & solemnitates contractuum; quamvis autem postquam ianu facta est, cum ultimis voluntatibus comparetur quoad effectum, & efficaciam, non tamen cum illis comparatur quoad confirmationem; nam, ut diximus, ultimæ voluntates non confirmantur, nisi adita hæreditate: donationes vero causa mortis statim per mortem donantis confirmantur. Et sic dominium legati in testamento relicti non transit in legatariū, nisi dependenter ab aditione, & acceptatione hæreditatis; dominium vero tei donatae per donationem causa mortis mortuo donatore statim trahit in donatarium absque illa dependentia. ita Iulius Clarus lib. 4. *receptar. §. donatio*, quod §. num. 1. & 2. Iason in l. 2. num. 1. ff. de legatis 1. & alij, quos num. 16. in hanc rem induximus, & inducemos num. 20.

Secundum dubium est, an vir uxoratus non habens filios, neque filias ex uxore, habens tamen patrem, & marrem, auium, vel auiam, & alios ascendentibus, possit donationes facere inter viuos, & causa mortis, legare, & relinquare testamento sua bona liberè, cui voluerit? Respondeo, non posse de illis, nec licet, nec validè disponere in præjudicium ascendentium, nisi de sua tantum terra in nostro regno Lusitania, in Castella autem de quinta, & tertia. Sunt enim patres, & ascendentibus hæredes de iure, & in officiosa est, & inutila talis donatio, vel testamentaria dispositio, quæ in præjudicium tertij fit, & cum præteritione parentum. Si tamen solum fratres, sorores, aut hæredes alios transuersales habeant, & ascendentibus, vel descendantibus careat, potest testari, legare, & donationes facere causa mortis de suis bonis, cui voluerit; fratres enim, & filii fratum, & ceteri transuersales non sunt hæredes de iure. latè hanc questionem discutunt Ludouicus Lopez, 1. part. *instruct. cap. 46. de remuneratione facta filiis ob merita*. Veiga lib. 3. cap. 402. patet ex l. 4. regni Castella tit. 13. part. 6.

### S U M M A R I U M.

20 In regno Castella, & Lusitania non possunt uxores sine consensu tacito, vel expresso maritorum contractus celebrare de bonis, quorum administrationem habent, etiam si dominum illorum habeant.

An donare causa mortis possint absque predicto consensu. ibid.

21 Quid de bonis paraphernalibus, & de illis, quæ a labore, & industria ipse acquirunt, tam de iure communi, quam in Castella, & Lusitania regnum.

22 Virum valida sit donatio causa mortis inter virum, & uxorem.

Referuntur opinio affirmans. ibid.

Prefersunt negans. ibid.

23 Donatio causa mortis facta à sacerdoti genere, vel nuptiis, an valida sit, & morte donatris confirmetur.

24 Filius familiæ, si pubes sit, de peculio castrensi,

aut

- aut quasi castrensi potest restari, & causa mortis donare liberè ad pia, & profana absque ullo consensu patris;
- De bonis aduenturis, an possit. ibid.
- 25 Ad quid & quomodo filius donare non possit sine parvis consensu causa mortis, & an is consensus requiratur tamen quam forma alcun solemnizans.
- 26 Quid si filii etiam in testamento donet causa mortis, addatque clausulam, ut si non valeat, ut testamentum, valeat ut donatio causa mortis.
- Et quid si tunc aliquis eam donationem pro absentia acceperit, vel ipse donatarius presens sit, & accepit tacite, vel expressè. ibid.
- 27 Quid si aliquam aliam clausulam addat.
- 28 An, & quosque minoris donare possint validè causa mortis, & qui sint minoris.
- Quid si curatorem habeant. ibid.
- 29 Quid si non habent curatorem, vel etatis veniam a Rege obtineant.
- An tunc donare possint tam inter viuos, quam causa mortis. ibid.
- 30 Possunt tunc sine indicis, & curatoris autoritate facere donationes causa mortis in testamentis, & codicillis.
- 31 Quid si tunc extra testamento, & codicilos causa mortis donent.
- Quid etiam si rem statim donatario tradant. ibid. & num seq.
- 32 In Lusitania iuramentum in contractibus appositum sine Regis facultate, est nullum, & eo ipso contractus reddit nullus, etiam si validi sint.
- 33 Quid sit deportatus, & relegatus; & an i donare possit causa mortis ante, & post deportationem.
- 34 An donationes causa mortis facta à maritis perpetuo deportatis, & relegatis uxoribus valeant, cum à traditione incipium.
- 35 An hec donatio causa mortis collata in alterius voluntatem valeat, v. c. cum dicitur: Dono tibi post meam mortem tantum, si Petrus voluerit.
- 36 An publici usurarii donare possint causa mortis.
- 37 An ad pias causas donare, testari, legare, aut codicilos facere possint.
- 38 An donatio causa mortis facta duobus, uni altero mortuo, possit ab altero reuocari, & n. 39.
- 40 Agitur de donatione causa mortis, qua donator donatarium grauat, ut post mortem eam alteri relinquat, usque ad 43.

20. IN regno Castellæ, & Lusitanæ vxores matritatas celebrare contractus, sine tacito, vel expresso consensu viorum cum tertia persona validè non posse circa bona, quotum administrationem non habent, etiam si dominium, & proprietatem illorum habeant, dicimus lib. 5. cap. 14. num. 3. idque patet in regno Castellæ ex l. 54. & 55. Tauri: in Lusitania ex ordinat. nouis, lib. 4. tit. 48 in veteribus, lib. 4. tit. 6. Sicut ergo in his regnis uxores contractus celebrare non possunt absque viorum consensu, ita etiam donare non possunt causa mortis: & ratio est, quia donatio causa mortis, ut supra diximus, quoad suam ordinationem, & factionem, sequitur regulas contractuum, non ultimarum voluntatum: vnde sicut illæ non possunt contractus validè facere, nisi de viorum consensu tacito, vel expresso: ita etiam nec donationes facere causa mortis, cum haec illis comparentur in ipso fieri, ut supra diximus num. 16. & 18. & præter antores ibi citatos tenet Molina lib. 2. de primogen. cap. 9. num. 4.

Fagundez de Inſtituta, &c.

quidquid in contrarium dicat Nauarrus lib. 3. confilior. tit. 24. cor. 3. Ratio est, quia cum in his duabus regnis Lusitanæ, & Castellæ tota administrationis bonorum omnium, etiam pataphernalium, & eorum, que uxores acu sua, negotiacione, & industria acquirunt, pertineat ad maritum liberè, & sine dependentia uxorum, ut docet Molina tom. 2. de inst. dispu. 274. vers. vi. verò. & Cabedo 1. part. dec. 106. num. 4. (nisi forte dum contraxerunt, aliqua bona sibi ad viuis suo, & liberam dispositionem sine dependentia virorum reseruerunt) inde est, quod dum viuant, nequeant illæ, nec etiam causa mortis disponere de rebus suis sine viorum consensu: nam licet causa mortis donent, & executio donationis reseruerunt ad tempus, in quo administrationi maritorum praediicio esse non potest, tamen non videtur negandum, eas donationes, licet conferantur in tempus mortis, quia sunt in vita, in praediicio maritorum cedere.

Dixi, in his duabus regnis Lusitanæ, & Castellæ, quia D. Thomas 2. 2. quaff. 2. art. 3. ad 2. Paludanus, Gabriel, Richardus, Sylvester, Angelus, & alij, quos citat Molina, existimant uxores habere libertam administrationis bonorum paraphernalium, que secum extra dotem derulerunt, & eorum, que labore suo, & industria, active acquirunt, & posse de illis in vita, & causa mortis libere disponere, repugnantibus etiam maritis: quod si ita est, intelligendi sunt hi antores de iure communis, non vero de iure Lusitano, & Castellæ, in quibus de iure, & consuetudine omnis administrationis omnium bonorum ad maritos spectat, & nulla ad uxores: ut docet Molina dist. temo 2. de inst. dispu. 274. col. 2. vers. hoc ita constituta, & vers. Paludanus.

Insurgit autem hic dubium non mediocre, an saltem valida sit donatio causa mortis inter viuum, & uxorem? Respondeo hac de te duas esse opiniones. Prima docet validam esse, siue praecesserit traditio rei, siue non praecesserit, morteque statim confirmari. hanc docet Emmanuel à Costa in cap. si pater, 1. parte, verb. legavit, à num. 1. Molina tom. 2. de inst. dispu. 288. §. dubium est. Antonius Gomez ad legem 50. Tauri, num. 66. patet ex I. eum seruum, §. vi. & ex I. sed interim. §. sed quod, ff. de donat inter viuum, & uxorem. Quamobrem si unus coniux alteri rem in singulari determinatam causa mortis donauerit, dominium illius statim transit in donatarium post mortem donantis; quanvis vero unus coniux statim in vita tradat alteri rem, quam illi post mortem donauerat, tamen dominium illius tot modis manet reuocabile, quod modis ipsa donatio reuocabilis est, iuxta supradicta. Contrarium tenet Iulius Clarus lib. 5 sentent. 5. donatio. quest. 9. num. 1. & 2. vbi docet donationem inter viuum, & uxorem inter viuos, & causa mortis, regulariter loquendo, non valere: & pro hac opinione citat glossam in E. 2. in princip. verb. legatum. ff. de doce preleg. & hanc etiam tenet Conart. in rubr. de testament. in 3. part. num. 2. citat etiam l. 1. ff. de donat. inter viuum, & uxorem. & rationem reddit, quia optima ratione introductum fuit, ne coniuges in tuo amore se spoliarent, ut dicit ibi textus. Sed hos explicant Molina & Antonius Gomez de immodiis donationibus, non vero de ordinatis; cum tamen textus loquitur absolute, & non distinguat inter moderatas, & immodicas, videtur haec opinio Iulij Clari iuri conformior, & conservaneior. Sed de hac te redibit sermo infra, cum de donatione inter viuos egerimus.

Donatio tamen causa mortis facta à locero genero, aut natura, inualidam esse, & non confirmari

Z. 2 morte

## 268 De translat.dominij per donationem.

morte donantis, docent Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. donatio, quast. 6. num. 7. vbi citat plurimos auctores pro hac parte, quam tenet etiam Couarruias rubr. de testament. 3. part. num. 7. Molina tomo 2. de iustit. diff. 288. §. dubium est primò, prope finem. quia de te infra redibit sermo. Et ratio est, quia quantum sacer moriatur, adhuc perseverat matrimonium inter generum donatarium, & filium, aut filiam donatoris, & ideo cum sacer in iure una persona reputetur cum filio, & cum nuru, noluit ius, ut perseverante matrimonio, confirmetur morte donatoris praefata donatione: longè autem diversa ratio est de donatione facta ab uno coniuge alteri, cum per unius mortem matrimonium solvatur; ita etiam Manuel à Costa loco citato, num. 8. ex glossa celebri l. 2. in princ. ff. de dote pralegata.

24. Emergit etiam hic dubium, hoc videlicet, an filiusfamilias donare possit validè causa mortis, si pubes sit? In primis dico, si pubes sit, de peculio castrensi, vel quasi castrensi posse liberè testari sine ullo patris consensu, & consequenter donare causa mortis, quoniam, vt late probat Molina tomo 1. de iustit. diffut. 136. & surauit ex l. Marcello, in princip. ff. de donat. causa mortis, qui testari possunt de aliquibus bonis, de iis etiam donare possunt causa mortis, vt constat ex l. filii familias, ff. de donat. De bonis autem aduentitiis non potest filiusfamilias pubes, neque de patris consensu testari hoc solum modo, quia filiusfamilias est, vt diximus num. 23. etiam si dominium habeat, & vsumfructum bonorum ipsorum, vt bene probat Molina tomo 1. de iustit. diffut. 138. Vallalcus tom. 2. consult. 108. num. 36. gloss. Bart. & Doctores in l. qui in potestate, ff. de testament. Quamvis autem, qui testari non possunt, non possint etiam donare causa mortis; tamen de omnibus suis bonis aduentitiis, in quibus filiusfamilias habet proprietatem, & dominium, pater autem administrationem, potest filiusfamilias de consensu expresso patris, si pubes sit, causa mortis donare pie, & profane, vt bene animaduertit Molina citatus, & Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio, quast. 6. num. 3. & 4. vbi ait, hanc conclusionem tenere omnes. Iason in l. senium, num. 8. C. qui testament. facere possint. Crot. in repetit. l frater, num. 74. Que autem sit ratio, ob quam filiusfamilias de bonis aduentitiis, nec etiam de consensu patris testari possit, possit autem donare causa mortis, non satis Doctores bene explicant: communiter assertur, causam esse, quia non potest testamentum, cum sit ultima voluntas, ex aliena voluntate, & arbitrio pendere, & hanc rationem tradidit Iason citatus num. 9. vbi multa congerit in hanc rem.

25. Inquires adhuc, quomodo, aut ad quid necessarium sit patris consensus, vt filiusfamilias donare possit causa mortis de bonis suis aduentitiis (an inter viuos, dicemus infra?) Respondeo necessarium esse tanquam formam, & solemnitatem de iure requisitam, qua deficiente donatio causa mortis non subsistit, vt bene animaduertunt Couarruias in rubr. de testamentis, part. 3. num. 6. & 7. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio, quast. 6. num. 5. Molina tomo 2. de iustit. diffut. 288. §. dubium est 2. Vnde cessat opinio illorum, qui putarunt causam esse, ne sequatur praetiudicium patri, vt optimè notant citati Auctores, quibus accedit Socinus conf. 12. post num. 8. vers. hoc etiam voluit. Rubens confil. 49. num. 5. & conf. 127. num. 8. & ratio est, quia si patris consensus requireretur solùm ne sequatur patri praetiudicium, sequeretur posse filiumfamilias donare causa mortis ipsi patri bona sua aduentitia sibi ple-

no iure quæsita de illius consensu; quia in ea donatione nullum sequitur patris praetiudicium, sed commodum, quod tamen est falsum, quia pater, & filius eadem persona in iure censentur, vt diximus num. 23. & eisdem ad se ipsum non potest dati donatio, cùm actio donationis intet duos diuersos exercetur, vt pater.

Quid autem si filiusfamilias in testamento donet causa mortis de expresso consensu patris, addatque clausulam, vt si non valuerit vt testamento, valeat saltem vt donatio causa mortis? Respondet in primis Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio, quast. 6. num. 8. Couart. in lib. de testam. part. 3. num. 10. cum hac distinctione. Nam aut tale relictum fuit factum absenti in eo testamento non interueniente nuntio, vel aliquo alio, qui de iure posset stipulare, & acceptare pro absente: & tunc quidem afferit, non valere predictum relictum tanquam donationem causa mortis, cùm ad tales donationem requiratur stipulatio, & acceptatio, sicut requisitum ad valorem donationis inter viuos, vt late probat idem Iulius Clarus quast. 14. num. 2. glossa in l. cum pater, §. Manu, verb. donabat, ff. de legat. 2. Ruinus cons. 14. num. 4. lib. 1. Couart. in rubr. de testam. 3. p. n. 14. & alij communiter.

Aut ille, cui ea donatio in eo testamento facta fuit, erat praesens facturae testamenti, & tunc quidem ait valere predictam donationem causa mortis, non tanquam relictum, aut legatum, vt docent etiam omnes Doctores inducti, in quo reliqui omnes videntur consentire, vt ait Socinus confil. 112. num. 5. lib. 1. vers. aliquando, & secundo. & hoc quidem, etiam si præsens est, expresse non consentiat, aut accepterit, sufficit enim præsentia donatarij, & scientia talis donationis; tunc enim ea scientia, & præsentia inducit tacitum consensum, vt optimè animaduertit idem Iulius Clarus quast. 14. num. 5. & Couart. in rubr. citata, num. 13. & Molin. tom. 2. de iustit. diff. 288. col. 1. littera B.

Imò idem etiam dicendum esse, si aliquam aliam causam equipollentem addiderit, veloti si dicat, si non valuerit vt testamentum, valeat vt quæcumque alia ultima voluntas, eo quod vt actus sustineatur, & valeat, verba sint amplè intelligenda, & donatio causa mortis, sub ultima voluntate lato modo intelligatur. ita Molina tomo 2. de iustit. diff. 288. column. 2. vbi afferit, quamvis nulla clausula sit apposita in tali testamento, validam esse donationem in qua interuenit tacita, vel expressa acceptatio donatarij, vel alterius de iure habilis ad acceptandum pro illo, quoniam tunc datur versus contractus testamento insertus de iure celebratus; est enim contractus, duorum, vel plurium consensus in idipsum. quare licet testamentum non valeat, eo quod filiusfamilias neque de patris expresso consensu testari possit; valebit tamen ea donatio tanquam contractus legitimè celebratus in testamento nullo insertus, quia utile non vietatur per inutile, iuxta communem regulam iuris in 6.

28. Inquires etiam, quovsque minores donare validè possint causa mortis? Et notabis in primis, illos esse, & dici minores in iure, qui filiusfamilias non sunt, patre enim, & matre carent; & qui quamvis puberes sint, minores tamen 25 annis sunt. hi autem si puberes sint, & curatorem habeant, quamvis testari quidem, & legare eo curatore inuito possint, donationem autem, sive inter viuos, sive causa mortis sine curatoris autoritate, firmam, & validam facere non possunt; imò nec etiam de curatoris autoritate, tam de re mobili, quam immobili donare

donare possunt, aut illa alienare, nisi simul accedat iudicis decretum, ut docte ostendit Molina *tom. 1. de instit. disp. 224.* & *tom. 2. disp. 288. §. ex eadem.* Excipe tamen bona castralia, aut quasi castralia, de his enim liberè donare possunt, tam inter viuos, quam mortis causa. patet ex *l. pupillus, ff. de acquir. rer. dom.* & *l. si curatorem, C. de in integr. refit.* & est communis opinio, quam docet Baldus, Angelus, Salicetus, Paulus de Castro, Alexander, Iason, & omnes in *C. qui testam. facere possunt. Authent.* ut *sponsal. larg. c. ex hoc, vbi glossa in verb. testari.* & Bartol. collat. 9. Aretinus *Instit.* quibus non est permisum fac. test. Petrus Ancharranus, Imola, & alij, *cap. 2. de testam.*

29. Si autem iam non habeant curatorem, vel aetatis veniam obtineant a Rege, post 20. annos expletos, si masculi sint; & 18. si feminæ, possunt valide donationes facere de mobilibus, tam inter viuos, quam causa mortis; sicut etiam validè possunt celebrare alios contractus de iisdem rebus mobilibus: de immobilibus autem non possunt sine autoritate & decreto iudicis, ut latè diximus *lib. 1. de contrattib. in genere*; ita Molina *tom. 2. disp. 277.* & 278. Gutierrez de iuramento confirmatorio, part. 1. cap. 13. Molina de primog. *lib. 2. cap. 9. num. 9.* concordat ius nostrum Lusitanum *lib. 1. tit. 67. §. 64.* & 65. in *veteribus ordinat.* quod non aliter probant, quam quod, ut suprà diximus, donatio causa mortis quoad suam productionem sequitur naturam contractus, ut diximus *num. 27. ad finem.* Quare si minores, qui curatorem non habent, possunt celebrare contractus sine iudicis, & curatoris decreto de rebus mobilibus, ita etiam & donationes causa mortis facere.

30. Et similiter possunt huiusmodi minores sine iudicis, & curatoris auctoritate in testamento, & codicillo facere predictas donationes causa mortis, quia, ut dictum, ac repetitum manet, talis donatio legatum potius est, quam donatio causa mortis, ut bene docet Molina *tom. 2. disp. 288. §. ex eadem 1.* Imò censet ibi Molina per Epikiem donationem facere in testamento, aut codicillo cum stipulacione, seu acceptatione donatarij tacita, vel expressa, vel alterius de iure habilis ad acceptandum absque traditione validam, & firmam esse, quoniam si legislatores, qui leges condiderunt, interrogarentur in hoc casu, sine dubio ita responderent.

31. Quid autem, si huiusmodi minores extra testamentum causa mortis donent, & rem statim donatario tradant, iuramentoque confirment, se eam nunquam reuocaturos? Respondeo dominium rei donatæ, quæ à traditione incipit in se sumptum, absque illo iuramento confirmatorio transire in donatarium, tot modis tamen reuocabile, quot modis in vita reuocari poterat, ut suprà probauimus; iure tamen communis inspecto, non posse reuocari ratione iuramenti, quo fuit donatio confirmata. ita docet Molina *tom. 1. de instit. disp. 149. §. secund. m. est, post initium disputationis.* vbi ita ait, licet inuallidus si contractus minorum sine solemnitatibus iure requisitis factus; si tamen sponte, id est, sine vi, & metu, iure iurando confirmetur, firmus redditur, nec repeti potest id, quod ita alienatum fuit; ita habetur in *Authentica Sacra menta puberum, C. si aduersus venditionem.* quia iuramentum illud non est de re illicita, seruarique proinde sine dispensio salutis aeterna potest. hec ille. Et licet testamentum iuramento confirmatum de non reuocando, adhuc reuocari possit, iuxta probabilem quandam opinionem, tamen donatio causa mortis reuocari non potest, quia in nostro casu transiit in contractum inter viuos fa-

Fagundez de Instituta, &c.

ctum, & contractus minorum alioqui inuallidi propter solemnitatis defectum, redduntur validi iuramento firmentur in iure communi stando.

Excipe tamen in Lusitania, quia in hoc regno Lusitanæ iuramentum in contractibus appositum sine Regis facultate ex antiquissimo priuilegio à Sede Apostolica Regibus huius regni concessio, ipso iure est nullum, vt disponunt leges Lusitanæ *lib. 4. nou. ordinat. titul. 73. in veteribus titul. 3.* & nos probauimus latè *lib. 2. de promissiōnib. & contractus,* qui eodem iuramento confirmatur, ipso etiam iure nullus redditur, licet sine illo firmus esset, ac validus. Et ideo de iure Lusitano, cùm non valeat iuramentum appositum in contractibus, & donationibus, ac conventionibus, & eo ipso iuramentum, & contractus sit nullus, licet alioquin sine tali iuramento validus fuerit, perinde est, ac si nunquam talis donatio, atque iuramentum facta fuerint. De iure autem communis illa donatio ratione iuramenti appositi reuocari non potest.

Dices: Illa donatio, cùm sit donatio causa mortis, licet incipiat à traditione & transferrat dominium rei donatæ in donatarium; tamen transfert illud tot modis reuocabile, quot modi reuocari potest ipsa donatio, dum vivit donator, ut diximus suprà *num. 6.* & sic per eam traditionem non amittere rationem donationis causa mortis, & in contractum donationis inter viuos transire, illiusque naturam assomere. Atqui haec qualitas irreuocabilitatis, quam habet contractus inter viuos celebratus ratione iuramenti adē repugnat donationi causa mortis quæ de sua natura postulat, ut toto vitæ tempore reuocari possit, ut sit illi incompatibilis: ergo, si ratione iuramenti transit in donationem inter viuos, irreuocabilis est, & transfert dominium absolute in donatarium irreuocabiliter, & non tot modis reuocabile, quot modis reuocati poterat donatio causa mortis. Respondeo. Nos suprà *num. 6.* cùm diximus transire illud dominium per donationem causa mortis incipientem à traditione in donatarium tot modis reuocabile, quot modis reuocati poterat donatio ipsa in vita donantis, & rem tradentis, locutos fuisse de donatione causa mortis absolute facta, nimur sine illo iuramento de non reuocando: at modò loquimur de donatione facta cum iuramento irreuocabilitatis; & in hac donatione, & casu censendum esse, & interpretandum illud verbum *causa mortis*, cùm accedit iuramentum, positum esse tanquam causam motiuam, non finalē; id est, appositum esse, ut ostenderet donator, se ex consideratione mortis motum fuisse ad faciendam illam donationem inter viuos, & tunc reuera, cùm accedit iuramentum irreuocabilitatis, confirmatorium ipsius donationis causa mortis, potius celebrari contractum donationis inter viuos, quam fieri aliquam donationem causa mortis: ita colligitur ex *Inreconsulto ad l. vbi ita donatur, ff. de donatio. causa mortis* docet Iulius Clarus *lib. 4. sent. §. donatio. quest. 4. num. 5.* Couartnuias in rubric. de *testamento. 2. part. post num. 11.* Molin. *tom. 1. de instit. disp. 151. §. contraria sententia.* Natta *confil. 104 num. 6.* vbi dicit, se neminem inuenisse, qui huic veritati contradicat.

Sed agamus de donatione causa mortis deportatorum. Deportatus autem ille in iure dicitur, qui ad perpetuum exilium damnatus est. Relegatus vero ille, qui ad temporale exilium damnabatur, ut patet ex *l. relegatus, §. differentia, ff. de interdict.*

## 270 De translat.dominij per donationem.

Inquires igitur an deportati, & relegati in exilium donare possint causa mortis? Respondeo deportatos in exilium in perpetuum non posse de iure communi donare causa mortis, testari, aut legare. Et omnes donationes factas ante deportationem, sicut etiam testamenta, & legata per sententiam deportationis, perpetuique exilio, eo ipso reuocari, & transire ad ipsum. Et idem est de damnatis ad mortem, textus in l. si aliquis ff. de donat. causa mortis. & ita docet Molina de primogen. lib. 4. cap. 11. num. 2. & Molina Theologus tomo 2. de iustit. disput. 288. §. donatio causa mortis facta cucunque. subiungit vero primus Molina haec verba: *Licet tamen hoc ita se habeat in donationibus causa mortis, non tamen ita se habet in maioribus institutis donatione reuocabili inter viuos, quia institutiones majoratum non reuocantur, nec expirant deportatione, vel mortis damnatione instituentur.* Et ratio differentiae est, quia maioratus in contractu institutus, etsi reuocabilis sit, non est vere ultima voluntas, quamvis aliquis illius effectus habeat; nec est legatum, nec fideicommissum, sed tertiam quandam speciem constituit, vt ille late ostendit lib. 1. de primogenys, cap. 12. Nec etiam assimilatur omnino donationi causa mortis; quamobrem non est cur legatis, testamentis, codicillis, aut donationi causa mortis equiparetur, vt dicamus etiam reuocari per mortis damnationem, aut perpetui exilio deportationem instituentis, sicut reuocantur ultime voluntates, legata, & donationes causa mortis.

**34.** Licet tamen donationes causa mortis aliis factae à deportatis, & perpetuò damnatis excipiuntur, & reuocentur, donationes tamen causa mortis factae inter virum, & vxorem, si traditio praecessit ex peculiari priuilegio in simili deportatione, & mortis damnatione non reuocantur, modò traditio timore, vel suspicione peccati facta non fuerit, ac proinde ea bona sic donata à viro vxori pertinent ad illam in eo euentu, quod vir ad mortem damnetur, aut in perpetuum exilium deportetur, non ad finem. Potest tamen vir in exilium deportatus dum naturaliter viuit, eam donationem reuocare, quod constitutum est in favorem, & solarium vxoris, vt constat ex l. res uxoris, C. de donat. inter virum, & uxorem. docet Molina tomo 2. de iustit. disputatione 288. §. donatio causa mortis. patet rursus ex l. sed si mors, iniurie, ff. de donat. inter virum, & uxorem. quod idem ait Emmanuel à Costa cap. si pater part. 1. verb. legavit, num. 6.

Molina tamen postquam dixit, necesse esse, ne donatione facta vxori, causa deportationis viri reuocaretur, vt præcederet traditio, ex sententia Emanuelis à Costa citata, addidit, credo tamen id non esse necessarium, quoniam lex, sed si mors, citata, loquitur vniuersim de donatione causa mortis facta à viro vxori, & non dicit, opus esse vt præcedat talis traditio, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; maximè cùm donationes causa mortis inter coniuges validæ sint absque traditione. Huc ille. Ego opinionem hanc Molinæ credo vetiorem, quia nec etiam altera lex citata, res uxoris, C. de donat. inter virum, & uxorem, hanc traditionem requirit, vt videtur est in illa, ibi, Res uxoris, que vel successione qualibet, vel emptione, vel etiam largitione viri in eam ante reatum iure peruerterant, damnato, ac mortuo ex pœna marito, illibatas esse præcipio. nec alieni criminis infortuio adstringi vxorem, ciem donatione maritalis ante tempus criminis, ac reatus collata in uxorem, quia pudicitia præmio cessit, obseruanda sit. Et statim addidit infra: *Sin autem deportatio illata, non tamen mors ex pœna fuerit, donationes à*

viro vxori collate adhuc in pendenti manent. id est, vt ibi explicat glossa, adhuc a marito ante mortem naturalem illius poterunt teuocari, vt superius diximus, quia nec matrimonium in huicmodi casibus dissoluitur. haec lex, vti vides, non requirit traditionem. Molina tamen dicto tomo 2. de iustit. disputatione 288. §. donatio causa mortis, & Couartuias in rubr. de testament. part. 3. num. 4. putant, per deportationem viti eo ipso dominium rei donatae causa mortis transire in vxorem, tametsi reuocabiliter, eo quod dum naturaliter viuit, possit vir eam donationem reuocate; & id patet ex verbis legis citatæ infra, ibi, ita ut si usque ad vita tempus maritus eas non reuocauerit, ex morte eius confirmantur, fisco vero ad eas res nullam in posterum communionem habituro.

Dubitabis adhuc, an valida sit donatio causa mortis collata in alterius voluntatem. v. c. si quis ita dicat, si Petrus patruus meus voluerit, dono tibi post meam mortem centum? Communiter respondent omnes Doctores validam esse. Et fundamentum est, quia contractus relati in voluntatem alterius per modum conditionis validi sunt. Vnde cùm donatio, quoad suam confectionem, productionemque, regulam, leges, & solemnitates contractum inter viuos sequatur, inde est, quod valida, ac firma sit talis donatio, quæ quoad sui productionem sub ea conditione facta fuerit. ita Emmanuel à Costa lib. 1. selectar. interpret. cap. 21. num. ult. arguento legis, tam 11. §. ultimo. & quæ ibi notantur per Doctores ff. de donat. mortis causa. & ita docet etiam Molina tomo 2. de iustit. disputatione 288. §. ex eadem prima.

Similiter, an donare possint causa mortis publici usurarij, addubitant Doctores, & ratio dubitandi est, quia non possunt validè testari, nisi prius soluant, aut cautionem præstent usurarum soluendarum: ergo etiam similiter non poterunt donationes causa mortis facere, maxime, quando illæ essent maioris partis bonorum suorum, aut saltem magnæ quantitatis illorum; quia censetur id factum in fraudem, secus quando donationes essent parua quantitatis, & proprie hanc rationem id aliqui affirmant, quos refert Couartuias in rubr. de testamentis, 3. part. num. 11. & sequentibus. Communis tamea opinio docet, non posse eos donationes causa mortis facere, nec in magna, nec in parua quantitate, nisi prius soluant usuraras, aut certam, & securam cautionem soluendi præstent. eam tenet glossa ultima in cap. quamquam, §. ultimo, de usuris, in 6. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio, quest. 7. & idem Couartuias lib. 2. usurarum resolutionum, cap. 3. num. 9. Molina tomo 1. de iustit. disputatione 137. §. an vero. Et ratio est, quia glossa citata, & communiter recepta vniuersim docet, eum qui testari non potest, neque donare posse causa mortis, à qua regula neminem exceptit, nisi solùm filiumfamilias, qui donare potest causa mortis de consensu expresso patris, vt supra iam diximus; non tamen potest de eodem testari consensu, ne ultima voluntas testamenti ab alterius pendeat voluntate: vnde cùm de manifestis usurariis nulla sit facta exceptio in iure, standum est regulæ generali illius glossæ. Neque satisfacit responsio Couartuiae primo loco allegati, nimirum glossam illam intelligendam esse de iis, qui ex naturali defectu testari non possunt, quia si ita esset, alioquin non esset necessarium exceptere filiumfamilias, quem constat, non ex naturali defectu, sed ex iuriis dispositione testari non posse.

Quod

## 272 De translat.dominij per donationem.

extraneus grauatur restituere alteri extraneo hæreditatem , vel legatum post mortem suam ; si talis heres sic grauatus ingrediatur Religionem , in eaque profiteatur , monasterium non excludit fideicommissarium , vt notissimum est , eo quod in eo euentu locum non habet tacita conditio , si sine liberis discedas . Vnde non excludet etiam substitutum in donatione causa mortis , ut optimè docet Molina statim referendus .

Si verò substitutus sit filius , nepos , vel alius descendens ex donatore causa mortis ; dico similiter substitutum non excludi à Religione , imò potius Religionem excludi ab ipso substituto . Ratio est , primo , quia maior esse solet affectus donatoris , & testatoris erga suos , quam erga extraneos : vnde si extraneus non excluditur à Religione , nec etiam substitutus descendens ex linea primi testatoris excludetur . Primo , quia non est credendum , voluisse donatorem , seu testatorem , vt sui descendentes substituti à Religione excludantur in eo casu , non ex eo , quod erga illos maiorem effectum habeat , quam erga Religionem , sed ex eo , quod Religiosi ad alienam vitam paucioribus egeant . ita Molina tomo 1 . de inst. disput . 190 . § . vlt . incipit , Virium autem . Gutiérrez lib . 1 . de quæst . canon . cap . 32 . num . 31 . & multi , quos ibi citat .

43. Dices . Monasterium succedit loco filij , & illa substitutio secundi , intelligitur si primus donatarius grauatus restituere sine libertis discedat : vnde si grauatus cum liberis discederet , filij excluderent substitutum : ergo , & monasterium , etiam , cum succedat loco filij , illum excludet . Respondeo , monasterium non succedere loco filij , & illa substitutio secundi intelligitur sub ista conditione , si grauatus discedat sine filiis carnalibus , habetur enim monasterium loco hæredum , non tamen loco filiorum carnalium , in nullo enim iure reperitur , quod monasterium succedit loco filiorum ; inuenitur tamen in cap . in presentia , de probat in 6 . quod succedit loco hæredum : diuersum est autem succedere loco hæredum , & loco filiorum , vt notant egregie Vallescus consult . 24 . tomo 1 . & Couartuicias lib . 1 . variarum , cap . 19 . num . 6 . Bartol . consil . 1 . quia si monasterium loco filij haberetur , erit monasterium filios fictos , ciuilis , & impro prius , qui non excludit substitutum . I . fideicommissum ff . de condit . & demonstrat . I . si ita quis , § . se cui in tempus ff . de legatis 2 . Feli nus cap . in presentia , de probat . num . 42 . & plures quos citat Couartuicias .

### CAPVT VI.

An donationi ante , & post acceptationem possit onus imponi ? Donation , & renuntiatio bonorum facta in sæculo causa ingrediendi Religionem , an , & quatenus sit valida , vel inualida ? Quæ personæ donare possint , quæ non possint .

1. Ante acceptationem donationis , potest onus , ac grauamen imponi ; post acceptationem , non , nisi de donatary libero consensu , & num . 2 .  
3. Potest similiiter imponi incontinenti post acceptationem .  
4. Quid statuat Concilium Tridentinum circa donationem , aut renuntiacionem bonorum factam

à Nouitio , vel Nouitia causa ingrediendi Religionem . Vide librum primam de contractibus in genere , cap . 19 . à n . 12 . vbi de hac re latius .

5. An nomine obligationis in Concilio Tridentino veniat donatio liberalis .  
6. An in hoc decreto Concilij comprehendatur renuntiatio bonorum facta in sæculo ante ingressum Religionis anno ingrediendi illam . Refertur prima opinio negans . ibid .  
Præfertur secunda affirmans . ibid . vers . nibilominus .  
7. Non intelligitur decretum Concilij Tridentini de his , qui ingredinuntur Societatem IESV .  
8. An per testamentum possint i , qui ingrediuntur Religionem , disponere de bonis suis , & consequenter , an valida sint testamenta facta in iunctu ingrediendi illam .  
Et quid de donatione causa mortis . ibid .  
9. An Nonitius , vel Nouitia , qui duos menses ante finitum nouitiatum de licentia Episcopi iuxta formam Concilij disposuit , indigeat noua dispositione , si ob aliquam causam postea professio differatur , ita ut iam ea dispository non sit facta duos menses ante professionem .  
10. Ut valeant renuntiaciones , & dispositiones factæ ab ipsis Nonitiis iuxta formam Concilij Tridentini , an opus sit , ut habeant sexdecim annos perfectos .  
11. Per illa verba Concilij , nulla quoque renuntiatio ; aut obligatio , sols contractus irrenocabiles inter viuos intelliguntur : vnde in illis non comprehenduntur testamenta , nec donationes causa mortis .  
12. An hoc decretum Concilij intelligatur de donationibus eorum , qui excedunt decimum sextum annum .  
13. Quæ persona validè donare possint .  
14. Omnes illi , qui alterius potestari , quoad administratiōnē bonorum sunt subiecti , nihil possunt de illis bonis donare nisi de illorum consenitito , vel expresso , quibus subiecti sunt .  
15. In regno Lusitanie , & in regno Castelle de iure omnis administratio omnium bonorum , etiam paraphernalium , & eorum , que uxores constante matrimonio , acu , labore , & industria sua acquirunt , ad maritos pertinet , non ad uxores .  
16. Quid de iure communis .  
17. An in Lusitania , & Castella liceat uxoribus facere eleemosynas illas , quas mariti faciunt de rebus mobilibus . Refertur prima opinio affirmans illas , nihil omnino dare posse absque consensus maritorum .  
18. Præfertur opposita opinio , & num . 19 .  
20. An uxores possint seruare intra annum , v . c . eas eleemosynas , quas minutatim dare possunt , ut simul eas donent alicui persone , grani aliqua necessitate occurrente .  
21. An uxor diues , que amplam dotem secum detulit , possit donare absque licentia mariti 40 . aureos ad supplementum dotis alicuius fæmine magnæ sue obligationis .  
22. Præfertur affirmativa .  
23. An ultra moderatas eleemosynas possint etiam uxores in iustis mariti consumere aliquid licite , & in quibus casibus .  
24. Quantum possint uxores iustis maritis licite donare .

**H**ic titulus continet tres partes ; quoad primam , & secundam iam diximus alibi : de prima lib . 3 . de translatione dominij per promissio

## 272 De translat.dominij per donationem.

extraneus grauatur restituere alteri extraneo hæreditatem , vel legatum post mortem suam ; si talis heres sic grauatus ingrediatur Religionem , in eaque profiteatur , monasterium non excludit fideicommissarium , vt notissimum est , eo quod in eo euentu locum non habet tacita conditio , si sine liberis discedas . Vnde non excludet etiam substitutum in donatione causa mortis , ut optimè docet Molina statim referendus .

Si verò substitutus sit filius , nepos , vel alius descendens ex donatore causa mortis ; dico similiter substitutum non excludi à Religione , imò potius Religionem excludi ab ipso substituto . Ratio est , primo , quia maior esse solet affectus donatoris , & testatoris erga suos , quam erga extraneos : vnde si extraneus non excluditur à Religione , nec etiam substitutus descendens ex linea primi testatoris excludetur . Primo , quia non est credendum , voluisse donatorem , seu testatorem , vt sui descendentes substituti à Religione excludantur in eo casu , non ex eo , quod erga illos maiorem effectum habeat , quam erga Religionem , sed ex eo , quod Religiosi ad alienam vitam paucioribus egeant . ita Molina tomo 1 . de inst. disput . 190 . § . vlt . incipit . Virium autem . Gutiérrez lib . 1 . de quaest . canon . cap . 32 . num . 31 . & multi , quos ibi citat .

43. Dices . Monasterium succedit loco filij , & illa substitutio secundi , intelligitur si primus donatarius grauatus restituere sine libertis discedat : vnde si grauatus cum liberis discederet , filij excluderent substitutum : ergo , & monasterium , etiam , cum succedat loco filij , illum excludet . Respondeo , monasterium non succedere loco filij , & illa substitutio secundi intelligitur sub ista conditione , si grauatus discedat sine filiis carnalibus , habetur enim monasterium loco hæredum , non tamen loco filiorum carnalium , in nullo enim iure reperitur , quod monasterium succedit loco filiorum ; inuenitur tamen in cap . in presentia , de probat in 6 . quod succedit loco hæredum : diuersum est autem succedere loco hæredum , & loco filiorum , vt notant egregie Vallescus consult . 24 . tomo 1 . & Couartuicias lib . 1 . variarum , cap . 19 . num . 6 . Bartol . consil . 1 . quia si monasterium loco filij haberetur , erit monasterium filios fictos , ciuilis , & impro prius , qui non excludit substitutum . I . fideicommissum ff . de condit . & demonstrat . I . si ita quis , § . se cui in tempus ff . de legatis 2 . Feli nus cap . in presentia , de probat . num . 42 . & plures quos citat Couartuicias .

### CAPVT VI.

An donationi ante , & post acceptationem possit onus imponi ? Donation , & renuntiatio bonorum facta in sæculo causa ingrediendi Religionem , an , & quatenus sit valida , vel inualida ? Quæ personæ donare possint , quæ non possint .

1. Ante acceptationem donationis , potest onus , ac grauamen imponi ; post acceptationem , non , nisi de donatary libero consensu , & num . 2 .  
3. Potest similiiter imponi incontinenti post acceptationem .  
4. Quid statuat Concilium Tridentinum circa donationem , aut renuntiacionem bonorum factam

à Nouitio , vel Nouitia causa ingrediendi Religionem . Vide librum primam de contractibus in genere , cap . 19 . à n . 12 . vbi de hac re latius .

5. An nomine obligationis in Concilio Tridentino veniat donatio liberalis .

6. An in hoc decreto Concilij comprehendatur renuntiatio bonorum facta in sæculo ante ingressum Religionis anno ingrediendi illam .

Referunt prima opinio negans . ibid .

Prefertur secunda affirmans . ibid . vers . nibilo minus .

7. Non intelligitur decretum Concilij Tridentini de his , qui ingredinuntur Societatem IESV .

8. An per testamentum possint i , qui ingredinuntur Religionem , disponere de bonis suis , & consequenter , an valida sint testamenta facta in iunctu ingrediendi illam .

Et quid de donatione causa mortis . ibid .

9. An Nonitius , vel Nouitia , qui duos menses ante finitum nouitiatum de licentia Episcopi iuxta formam Concilij disposuit , indigeat noua dispositione , si ob aliquam causam postea professio differatur , ita ut iam ea dispository non sit facta duos menses ante professionem .

10. Ut valeant renuntiaciones , & dispositiones factae ab ipsis Nonitiis iuxta formam Concilij Tridentini , an opus sit , ut habeant sexdecim annos perfectos .

11. Per illa verba Concilij , nulla quoque renuntiatio ; aut obligatio , solum contractus irrenocabiles inter viuos intelliguntur : vnde in illis non comprehenduntur testamenta , nec donationes causa mortis .

12. An hoc decretum Concilij intelligatur de donationibus eorum , qui excedunt decimum sextum annum .

13. Quæ persona validè donare possint .

14. Omnes illi , qui alterius potestari , quoad administratiōnē bonorum sunt subiecti , nihil possunt de illis bonis donare nisi de illorum consenitito , vel expresso , quibus subiecti sunt .

15. In regno Lusitanie , & in regno Castelle de iure omnis administratio omnium bonorum , etiam paraphernalium , & eorum , que uxores constante matrimonio , acu , labore , & industria sua acquirunt , ad maritos pertinet , non ad uxores .

16. Quid de iure communis .

17. An in Lusitania , & Castella liceat uxoribus facere eleemosynas illas , quas mariti faciunt de rebus mobilibus . Referunt prima opinio affirmans illas , nihil omnino dare posse absque consensus maritorum .

18. Prefertur opposita opinio , & num . 19 .

20. An uxores possint seruare intra annum , v . c . eas eleemosynas , quas minutatim dare possunt , ut simul eas donent alicui persone , grani aliqua necessitate occurrente .

21. An uxor diues , que amplam dotem secum detulit , possit donare absque licentia mariti 40 . aureos ad supplementum dotis alicuius fæmine magna sua obligationis .

22. Prefertur affirmativa .

23. An ultra moderatas eleemosynas possint etiam uxores iniustis maritu insumere aliquid licite , & in quibus casibus .

24. Quantum possint uxores iniustis maritis licite donare .

**H**ic titulus continet tres partes ; quoad primam , & secundam iam diximus alibi : de prima lib . 3 . de translatione dominij per promissio

1.

promissionem; de secunda lib. 1. de contractibus in genere, cap. 18. a num. 12. & deinceps, ad quæ loca te remittimus, pro singulis dubiis earum. Restat igitur agere de personis, quæ donare possint, vel non possint, & de hac etiam re incidenter egimus lib. 1. de contractibus in genere, a cap. 11. & lib. 5. de translatione dominij per emptionem, & venditionem; quamobrem hic tantum pro integritate materie huius libri aliqua breuiter attingemus; pro ceteris, & maioribus fortasse dubiis loca relata inspicies.

2. Statuo igitur primum pro prima parte tituli: Ante acceptationem donationis potest onus donatario ob rem donaram imponi: post acceptationem non potest aliquod imponi absque libero consensu donatarij. est communis conclusio. eam docet Couart, lib. 1. variar. cap. 14. num. 1. Lessius tom. 1. de iustit. cap. 18. dubi. 9. num. 52. Tiraquellus in l. si unquam, C. de renocan. donat. verb. Postea, patet ex l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo. ibi, Perfecta donatio conditiones postea non recipit. perfecta, id est, per acceptationem. Et ratio est, quia consecutus fuit donatarius per acceptationem ius ad rem sine onere; quare ei postea absque illius consensu imponi non potest.

3. In continenti post acceptationem potest. Ratio est, quia dictio illa, postea, ut notat Couartuu. ibi, internallum ostendit, iuxta glossam in l. in bona fidei, C. de pactis. Tiraquel. allegatum num. 6. Bartol. in l. ab hostibus, ff. ex quibus caus. maiores, & in l. frumentis, num. 9. ff. soluto matrimonio, vbi lason num. 6. idem lason in l. non hoc, num. 15. limit. 9. C. unde vi. Illustrissimus Hispaniarum Primas Cunha 1. part. decreti, dist. 81. cap. 4 pag. 668. col. 1. Petrus Cenedo singul. 82. Quare in continenti potest poti donatario etiam in iusto post acceptationem; conditionem grauaminis iuxta donatoris voluntatem, de quo non dubito, quia quæ in continenti fiunt, in ipso actu fieri censemur. Et quia illa dictio post, seu postea, aliquando accum immediatum, seu continuatum significat, ut bene notat idem Cunha pag. 184. num. 4.

4. Circa secundam partem tenui notabis, Concilium Tridentinum seß. 25. de Regularibus, cap. 16. statuere, ut nulla renuntiatio, aut obligatio facta ante professionem à Nouitio, vel Nouitia valeat, nisi fiat de licentia Episcopi, vel eius vicarij generalis intra duos menses proximos ante professionem. ibi, Statuit sancta Synodus, ut nulla quoque renuntiatio, aut obligatio facta ante professionem etiam cum iuramento, vel in favorem cause pie valeat, nisi facta sit cum licentia Episcopi, vel eius vicarij, sedque intra duos menses proximos ante professionem, & ut etiam facta nullum sortiatur effectum, nisi secuta professione, & aliter facta etiamsi cum expressa huic favoris renunciatione, etiam iurata, sit irrita, & nullum effectum. Et vero totum hoc decretum Concilij latissime explicauimus lib. 1. de contractibus in genere, cap. 19. a num. 12. hic tamen paucissima necessario attingemus.

5. Nomine obligationis, venit donatio liberalis, quia post acceptationem transit in obligationem, & nomine etiam renunciationis bonorum, vel partis considerabilis illorum, venit similiter eadem donatio, sive à traditione incipiat, sive à promissione, iuxta declarationem quandam Eminentissimorum Purpuratorum in una declaratione 18. die Maii anni 1598. quæ sic ait. Congregario Concilio censuit, decretum Concilij non vendicare sibi locum in donationibus, seu renuntiationibus ante habitu suscepionem, etiam animo, & proposito Religionem ingre-

dendi fallit. vbi vides, renuntiationem appellari donationem, & donationem renuntiationem.

Quæstio tamen est, an in hoc Concilij decreto comprehendatur renuntiatio facta ante ingressum Religionis in seculo, animo, & intuitu ingrediendi illam? Et hac de re partita est opinio.

Prima negat, eam tenet Sancius in summa tom. 2. lib. 7. cap. 5. num. 4. vbi pro ea citat 10. auctores, inter quos est Vallascus de partitionib. cap. 16. n. 22. & 23. quibus, & pro sententia Sancij, addes Dianam tom. 1. tractat. de dubijs Regularium, resol. 55. vbi citat etiam præter illos decem Sancij, Villalobos in summa tom. 2. tract. 3. 1. diffic. 17. num. 4. Patentium in dubijs Regular. verb. Nouitiatus, num. 41. Menoch. in additionib. ad lib. 2. de arbitr. judic. casu 436. num. 3. & hæc opinio habet etiam pro se responsionem congregationis Patrum Purpuratorum proximè relatam. Et fundamentum huius opinionis est, primo, quia Concilium in hoc decreto loquitur de donationibus, & renunciationibus factis à nouitiis tam masculis, quam monialibus post ingressum Religionis, & solum prohibet, ne hi donent, & non loquitur de renunciationibus factis in seculo animo ingrediendi Religionem, & decretum Concilij est pœnale, cum penam nullitatis addat, & non debet extendi, sed restringi. Secundo, quia in dubio textus est intelligendus iuxta rubricam, sub qua constituitur, l. si quid autem, §. si quid vero, C. de veteri iure enucleando. Cum ergo intelligentia huius decreti Concilij su dubia, accipienda est ex rubrica, & titulo, sub quo constituitur, qui est de Regularibus: non ergo intelligitur de merè sicutiatis, quales sunt, qui in seculo donant animo ingredienda Religionis. Tertio, probatur, quia Concilium ait, nulla quoque renuntiatio, &c. & illa particula quoque in iure est copulativa, cuius natura est copulare sequentia cum antecedentibus: at caput, & decretum antecedens Concilij loquebatur de nouitiis; ergo istud immediate sequens de illis etiam tantum loquitur. Nihilominus

Secunda opinio, quam sequor, affirmat. eam docet Molina tom. 1. de iustit. dist. 149. vers. quoad Ecclesiam attinet, & dist. 139. vers. ambiget rursum, & tom. 3. dist. 604. num. 2. Gutierrez cap. quatuor pactum, de pactis, in 6. §. dum nuptii tradebatur, fine. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 4. dub. 4. num. 40. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 9. quas. 2. & pro illa citat Sanctum ubi supra, num. 5. qui pro hac opinione citat 16. Doctores, inter quos est Nanarrus, Flaminius, Menochius, Zechius, Sorbus, & alij. Fundamentum Molini est primo, quia intentum Concilij, ob quod prohibet has donationes, & renunciantes cogantur postea inuiti profiteri ex defectu bonorum: & non minus cogitur renuncians, & donans inuitus profiteri ob donationem factam in seculo, animo & intuitu ingrediendi Religionem, quam ob donationem factam in nouitiatu, & post ingressum Religionis: ergo intentum. Secundo, quia Concilium absolute, & uniuersim loquitur de renuntiacione, & donatione facta ante professionem, non restringendo ad factam tempore nouitiatus, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & parum refert, quod hoc Concilij decretum contineatur sub rubrica, & titulo de Regularibus. nam ideo sub illo ponitur, quia hæc donationes erant factæ in ordine ad statum Religionis: status autem non acquiritur nisi post professionem; & ideo nullum firmum argumentum inde potest constata hanc opinionem asserti. Tertio, quia hoc decretum

## 274 De translat.dominij per donationem.

eretur non est penale, quamvis penam addat nullitatis, sed doctrinale pro omnibus, qui volunt Religionem profiteri; pena enim ibi ponitur per accidens, non per se; nam id, quod primò, & per se intendit Conciliū, est ne Nouitij, aut Nouitiae profiteantur inuitate ob defectum bonorum, quibus se spoliauerunt ante professionem. Quarto, quia lex penalē extenditur ad alium calum similem, quando si ad illum non extenderetur, frustraretur dispositio ipsius legis penalē, quod patet ex cap. si ciuius. de sentent. excomm. in 6. vbi decernitur, extendi ad suburbia interdictum ciuitatis, ne faciat pena intedicti eludatur, & ex cap. 2. de usu. in 6. & glossa ibi, nam caput illud est penale, & interdictum viuariis facturam testamenti, nisi prius viuas restituant, aut cautionem restituendi presentent; & tamen glossa ibi, hanc prohibitionem extendit ad codicilla, eo quod alijs facile prohibitio eludetur. & verò nemo negabit hoc decretum Concilij facile cludi, & fraudari, nisi intelligatur etiam de renuntiationibus, & donationibus factis in seculo animo, & intuitu Religionis ingrediendae. Quinto, quia authoritas Patrum Purpuratorum, non cogit alios illorum sententiam sequi, quia illi in ea declaracione secuti sunt contrariam sententiam, que est bona, & probabilis; at illorum declaratio pro illa, non est nostra reprobatio. Adde, quod ipse Sancius nostram sententiam valde etiam probabilem appellat: at viis fundamentis utriusque facilè iudicabit quilibet & vit prudens, ac doctus nostram esse probabilitatem.

7. Non intelligitur hoc decretum de iis, qui ingrediuntur Societatem Iesu; ij enim non solum validē possunt disponere, & renunciare, ac donare de suis bonis prout voluerint post ingressum Religionis, quo cum tempore, non solum duos menses ante professionem, sed etiam in seculo, animo, & intuitu relinquendi mundum, & ingrediendi illam: modò ij, qui donant, post illius ingressum id faciant iuxta formam constitutionum predictarum Societatis, hoc est, de licentia suorum superiorum cum duobus Consiliariis ab iis datis, quam formam disponendi ad hoc approbat Concilium in hoc loco: ita Lessius tom. 1. lib. 1. de iustit. cap. 41. dub. 4. num. 41. & Molina tens. 1. de iustit. disp. 139. vers. antequam patet que ex decreto Concilij dict. sess. 25. cap. 16. de Regularibus. ibi, Per bac tamen sancta Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin Religio clericorum Societatis IESU iuxta pius eorum statutum a sancta Sede Apostolica approbarum, Domino, & eius Ecclesie inseruire possint, docet etiam Sancius in summa, lib. 7. cap. 5. n. 9. Rodriguez quest. regular. tom. 2. quest. 47. art. ultim. Sà in summa, verb. Religio, num. 5.

8. In eo decreto Concilij non comprehenduntur testamenta Nouitorum, & eorum, qui intuitu ingrediendae Religionis, per testamenta, aut donationes causa mortis disponunt & donant de suis bonis prout voluerint, quia testamenta, & donationes causa mortis factae non confirmantur, nec validantur, nisi post mortem, & sic impedimento esse non possunt, vt sic disponentes inuite profiteantur, cum toto tempore vita sua, etiam post professionem illas reuocare possint; deinde, quia decretum Concilij Tridentini de solis obligationibus, & renunciationibus, seu donationibus loquitur, que obligare possint. Testamenta autem, & donationes causa mortis factae nullam inducunt obligationem, dum vivunt testatores, & donatores; reuocari enim possunt toto tempore vita ad libitum testatorum, & donatorum, vt latè probat Sancius

in summa, lib. 7. cap. 5. num. 13. Molina tom. 1. de iustit. disp. 149. vers. quod ad Ecclesiam. Vallascus de pari. cap. 16. num. 15. & 16. & pro hac opinione inducit Sancius 15. Doctores, quos inibi apud illum videre poteris.

Notabis vero, si Nouitius, vel Nouitia, iuxta formam Concilij intra duos menses proximos ante professionem de licentia Episcopi, vel Vicarij donationes, vel renunciationes de suis bonis faciat, & postea ex aliqua causa professio differatur, ita ut iam non sint duo menses ante professionem, non propterea invalidari, vt optimè vorant Sotealius, & Horatius in additionibus ad hunc Concilij locum: & sic censuit Congregatio Eminentissimum Patrum Purpuratorum, vt illi referunt, fol. 699. in vna 17. Octobris, anni 1594. quæ habet. Congregatio censuit, renunciationem factam cum licentia Episcopi, vel Vicarij intra duos menses proximos temporis, quo professio legitimè emitti posset, non esse invalidam, eo quod professio per aliquot menses dilata fuerit, semper enim valor actus sustentandus est, quantum fieri potuerit: nam quod semel fuit validum, & perfectum, tractu temporis non infirmatur: imo magis confirmatur.

Vt autem valeant huiusmodi donationes, & renunciationes factæ de licentia Episcopi, vel eius Vicarij, opus est, vt donantes, & renunciantes sexdecim annos completos habeant, vt benè animaduertant Sotealius, & Horatius Lucius citati. Azor part. 1. iustit. moral. lib. 12. cap. 1. & lib. 13. cap. 9. Ioannes de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 2. & 4. num. 6. in fine, neque in hoc casu malitia supplet ætatem, vt ait Riccius in decis. Curia Neapolitana, decis. 122. quia Concilium tanquam formam hanc solemnitatem requirit.

Notabis etiam per hoc decretum Concilij & per illa verba, Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio, &c. solos contractus & obligationes inter viros prohiberi, qui tanquam irreuocabiles obstant libero Nouitij interest, aut professioni, vt optimè animaduertit Sancius lib. 7. summa, cap. 5. num. 18. Vnde cum testamento, & donationes causa mortis factæ reuocabilia sint usque ad ultimum spiritum vitae, in eo decreto non comprehenduntur, etiamsi in testamento disponat quis de omnibus suis bonis in fraudem huius decreti, quod male omnino ait Rodriguez tom. 2. summa, cap. 7. num. 8. fine, quia in dispositionibus factis per ultimam voluntatem nulla fraus potest considerari, cum sint ex natura sua reuocabiles toto vite tempore disponentis.

Dubitatum fuit à nonnullis, an hoc decretum sit intelligendum de donationibus eorum, qui excederent numerum 16. annorum? Causa dubitandi fuit, quia hoc decretum est penale, & loquitur de iis, qui sexdecim annos completos habent, & penæ non sunt extendenda ad personas, de quibus non loquuntur. Sed de illorum etiam donationibus intelligendum esse declarauit Congregatio Patrum Purpuratorum in vna 15. Ianuarii anno 1601. quam afferunt Horatius, & Sotealius, quæ sic habet. Congregatio censuit, decretum Concilij vendicare sibi locum etiam in ijs, qui excedunt 16. annum, & illa verba, ante facta, que ibidem habentur, non referri ad etatem renunciantis, sed ad duos menses proximos ante professionem. hæc ibi, & hoc decretum non est penale, sed doctrinale pro omnibus, qui Religionem ingrediuntur, in quacumque aera, poena enim ibi est adiecta per accidens. in

Circa tertiam partem tituli de personis, quæ validè donare possint, animaduerto, personas, quæ venire hæc possunt in considerationem, esse uxores, maritos,

maritos, amentes, prodigos, carentes ratione, impuberis, filios familias, minores vigintiquinque annis, Religiosos; & in summa omnes illae personæ, quæ licet habeant dominium bonorum, carent tamen libera administratione illorum, & de his omnibus iam satis superque egimus supra lib. 1. de contrahentibus in genere, cap. 23. per totum, & deinceps, & præcipue in tom. 2. Decalogi lib. 7. præcepto 7. vbi latè egimus de furtis maritorum in vxores, & uxorum in maritos.

### Vxores.

14. Animaduertes ergo primò, eos, qui alterius potestati quoad bonorum abministracionem sunt subiecti, nihil posse de ipsis bonis donare absque voluntate, & consensu tacito, vel expresso eorum, quibus sunt subiecti in tali administratione, quod intelligendum est, vel titulo eleemosynæ, seclusa extrema, vel gravi necessitate, vel quocumque alio titulo, ut bene animaduertit D. Thomas 2.2. quest. 37. artic. 8. Molina tom. 2. de iust. disp. 274. initio.

15. Animaduertes secundò, in hoc nostro regno Lusitanie de consuetudine, & in regno Castellæ de iure omnem administrationem bonorum ad maritos pertinere, non ad uxores, etiam paraphernalium (sunt autem bona parapherna, vel paraphernalia illa, quæ uxores secundum deferunt in domum maritorum extra dote) & omnium illorum, quæ illa acquirunt constante matrimonio, acu, labore, industriaque sua, etiam inscientibus maritis: itaque in Lusitania, & Castella nullam habent omnino administrationem bonorum aliquorum, quo-cunque modo, vel arte quæsitorum (nisi fortè dum contraxerunt, aliqua sibi adsuam liberam dispositionem exceperunt.) ita communiter Doctores, Molina tom. 2. de iustit. dicta disp. 274. vers. ut credo. Cabedo 1. part. decis. 106. per totam, & n. 4.

16. Et quamvis D. Thomas 2. 2. quest. 32. artic. 8. ad 2. Paludanus, Gabriel, Richardus, Syluester, Angelus, & alij, quos refert, sed non sequitur, Molina allegatus, existiment, habere uxores liberam administrationem bonorum paraphernalium, & eorum, quæ constante matrimonio negotiatione, acu, industria, arte, laboreque suo acquirunt, & posse de illis consequenter libere donare, & disponere, repugnantibus etiam, prohibentibus, & contradicentibus maritis: attamen id procedit, & ita est de iure communi, de quo D. Thomas, & Augustini à Molina inducti loquuntur: non tamen procedit in regno Portugallie, & Castellæ, in quibus, vt diximus, omnis administratio omnium bonorum ad maritos spectat, & nulla ad uxores. ita Molin. dict. tom. 2. de iustit. disp. 274 pag. 126. col. 1. vers. hoc ita constituto, & vers. Paludanus.

17. Questio igitur est, an in Lusitania, & Castella, sicut maritis licet constante matrimonio ex rebus mobilibus communibus mediocres facere eleemosynas, attenta qualitate, & possibilitate sua, suorumque bonorum, ita id etiam licet uxoribus? Quod id licet maritis in regno Lusitanie, patet ex usu, & consuetudine, & ex nostris ordin. nouis lib. 4. tit. 7. §. ultimo. & ratio id conuincit, quia si in his duobus regnis, vti diximus numer. 15. omnis administratio omnium bonorum ad maritos spectat, non ad uxores, sequitur, vt moderata donatione bonorum mobilium ad illos etiam pertineat, maximè per eleemosynas: huiusmodi enim modicæ donationes non excedunt illorum potesta-

tem hac igitur de te circa hanc questionem duæ sunt opiniones.

Prima negat, & ait, in his duobus regnis Lusitanie, & Castellæ nihil posse omnino uxores donare, neque etiam titulo eleemosynæ de bonis, quorum administratio ad maritos spectat, nisi de consensu, & voluntate tacita, vel expressa illorum: & si aliquid doneant, teneri ex iustitia de tertio, & quinto suorum bonorum restituere mariti; tantum, quantum in illis eos damnificarunt, & si mariti iam sint mortui, illorum hereditibus, vel filiis. ita Molina tom. 2. de iustit. disp. 274 pag. 127. col. 1. vers. Doctores communiter. Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 12. dub. 14. num. 82. Nauarus cap. 17. n. 157. Cabedo 1. part. decis. 106. num. 3. & communiter omnes, qui loquuntur de rigore iuris istorum cognoscunt. Et ratio est primò, quia in illis omnis administratio omnium bonorum, etiam mobilium, & paraphernalium, & eorum, quæ constante matrimonio, negotiatione, acu, industria, & labore suo acquirunt, ad maritos spectant: ergo nihil possunt uxores de illis licere, ac valide donare absque consensu tacito, vel expresso maritorum. Nam donatione sequitur administrationem bonorum mobilium: quare, qui caret potestate administrandi, caret etiam potestate donandi, & disponendi. Secundò, quia de iure Castellæ id patet ex legibus Regni, vt probat Molina, de iure Lusitanie id constat ex nouis ordinat. lib. 4. tit. 17. §. finali. vbi solis maritis huiusmodi donationes moderatae, propterea quod liberam administrationem omnium bonorum habeant, specialiter permittuntur; quæ autem maritis propter aliquam rationem specialem specialiter conceduntur, permittunturque, consequenter uxoribus denegantur, cum careant causa, & ratione, ob quam conceduntur maritis, nempe administratione bonorum, cap. cum illorum. de sent. excommunic. cap. nunc. de presumptionib. Tertiò, quia exceptio, seu dispositio specialis firmat regulam in contrarium. I. iuu singulare ff. de legib. Quartò, quia donationes sunt quasi contractus, uxores autem sine consensu maritorum tacito, vel expresso, nec contrahere, nec quasi contrahere possunt; quod procedit etiam iuxta Cabedum dicta 1. part. decis. 106. num. 5. & 8. quando mariti sunt longè absentes, attento iure nostro Lusitano lib. 3. tit. 32. §. finali. quia uxores stare non possunt in iudicio sine vitorum consensu, starent autem in illo, si sine illorum consensu etiam illis longè à regno absentibus contrahente, aut quasi contrahente possint. Sed idem Cabedo num 8. statim se declarauit, dicendo id procedere de rigore nostri iuris: nam de iure communi, inveniente necessitate, aut causa iusta, qualis esset maritare filias, aut moniales facere, data bona occasione, filios in Academia causa studij atere, possunt uxores alienare, & contrahere de mobilibus absque consensu maritorum, illoque non expectato, quia tenentur mariti id tunc ratum, gratumque habere, quia in utilitatem illorum gestum fuit. ita Soares tit. de las deudas num. 3. vers. septimo limitat. Aymon conf. 12. num. 4. l. velles necne. C. de renoç. donat. Institut. de obligat. quæ ex quasi contratu, §. 1. l. si remunerandi, §. 1. ff. mandat. l. 1. & 2. ff. de negot. gest.

18. Nihilominus secunda sententia verior, cui adhæreo, affirmat, & doct in his duobus regnis Lusitanie, & Castellæ, licet non de iure, saltē de consuetudine, posse uxores nolentibus, contradicentibusque maritis donare, & facere eleemosynas moderatas, & consuetas, attenta possilitate bonorum, & qualitate personarum dantium, & accipientium,

## 276 De translat dominij per donationem.

plentum, quas alii uxores sua qualitatis solent efficere; idque non solum suis, suorumque maritorum fratribus, cognatis, & propinquis, sed etiam extraneis: in moderatione autem illatum attendendum est, ut dixi, ad qualitatem dantum, & accipientium, ad quantitatem bonorum, quae habent, ad presentem necessitatem, ad gradum consanguinitatis, ad numerum filiorum, quos habent. In aliis regnis, in quibus ius commune non seruatur, sequenda est consuetudo: ubi vero dispositio juris communis seruatur, illi standum est, ut diximus num. 16. ita Molina *tom. 2. de iustit. diff. 174. col. 1. vers. Doctores nibilominus*, pag. 127. D. Thomas in 4. *diff. 15. quest. 2. art. 5. questione 1. Nauarr. in summa Latina*, cap. 17. num. 153. Abulensis *cap. 6. in Matthaeum quest. 57. Sylvestr. & Angelus verb. eleemosyna. Lessius tomo 1. lib. 2. cap. 12. dub. 4. n. 84. Primo*, quia consuetudo praevalet contra ius, in modo tribuit ius, & primitum ad hoc faciendum, non secus, ac tribueret lex, si de hoc punto daretur ad hoc peragendum, quia consuetudo recepta vim legis habet. Secundo, quia uxores non sunt ancillæ maritorum, nec filiae, sed sunt sociæ illorum, nec de se sunt incapaces administrationis bonorum, & gubernationis familie, quamvis sint matriti veluti capitibus subiectæ, ne aliquid inordinatè efficiant. Tertio, quia mariti tenentur in conscientia competentem sustentationem alimentorum uxoribus dare, habita ratione status, & fortunæ; nomine autem competentis sustentationis veniunt etiam eleemosynæ, quas alii sua qualitatis solent efficere, adeo, ut si à maritis separantur, & bona omnia manerent apud maritos, & ex officio iudicis eis competens sustentatio assignaretur, in hac assignatione competentis sustentationis habenda erit ratio eleemosynarum, & recreationum licitarum, quas alii ciuidem qualitatis, & nobilitatis solent dare, atque habere licite, & moderatè, ut est communis Doctorum sententia: nec obstat illud D. Augustini in *cap. quod Deo 33. quest. 5. vbi cuidam coniugate ita inquit: Nihil de sua ueste, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut rebus vllis terrenis tuis, sine arbitrio viri tui debuisti*; quia id intelligendum est, nihil immoderatum, & nos loquimur de eleemosynis, & donationibus moderatis. ita Molina *tom. 2. de iustit. diff. 174. pag. 130. col. 2. vers. quod si quis.*

*19.* Imo, non est etiam improbabile posse de iure Lusitano *lib. 4. noua Ordin. tit. 7. § fin. uxores date, & facere donationes moderatas absque maritorum consensu*. Et ratio est, quia id ex eodem iure, imo & de iure communi, & Castellæ maritis permittitur ex supra dictis, & ex traditis à Palatio *in rubr. 5. 48. num. 3. & 5. 68. post Battol. in l. finali, in fine ff. rerum amotarum*, ergo etiam permittitur uxoribus, quia uxor, & mariti sunt correlativa, & in correlativa idem est ius, eadem disciplina, & quod de uno dicitur, de altero quoque affirmatur. *I. velles necne, C. de renocando donat. Bartol. ibi, Angelus, & Baldus num. 1.* Et quia statuta prohibentia uxori moderatè donare, sunt rigida, & rigorosa, ut bene animaduertit Tiraquellus *ad leges cannabiales, gloss. 5. num. 57.* quare latè sunt interpretanda; & si strictè, ita sunt strictè interpretanda, ut plus liceat maritis, qui administrationem omnium bonorum habent, quam uxoribus, quæ nullam habent. Nec obstat, quod mariti habeant administrationem omnium honorum, & uxores non habeant, ut dicamus, ideo ius uxoribus negare donationes, & eleemosynas moderatas, non maritis, quia id dum est omniuo, & videtur irrationabile respectu

uxorum, quæ sunt sociæ matitotum, & dote sua id emerunt à maritis, sicut alimenta emerunt; quare inde solum sequitur ut intra moderationem debitam maiusculas concedamus maritis, quam uxoriibus, at id illis absolute negare durum plane, & irrationabile videtur, maxime, quia ius commune, eas illis concedit, ut vidimus.

Et mihi extra dubium est, posse uxores has moderationes eleemosynas, quas sigillatim intra annum pro singulis vicibus possunt efficere, ut probauimus *num. 18. seruare*, ut simul eas pro necessitate aliqua occurrente alicui personæ graui donent; quid enim refert, quod simul eas donec, quam quod minutatim donec? Dices: agitur de maiori præiudicio viri, si simul, & uno cumulo donentur, quam si minutatim donec. Respondeo illud præiudicium non esse considerabile, quia si eas singulis diebus in loculum uxores mittant, nemmo negabit in fine anni, aut mensis posse simul, & uno cumulo pauperibus erogare: perinde ergo erit eas simul, aut pro singulis vicibus date. Est hæc mea resolutio parum consentanea doctrina Nauatri *in summa Latina, cap. 17. num. 155.* ubi dicit, non posse uxorem absque licentia mariti date notabilem eleemosynam cuidam consanguineæ, nec alteri personæ extraneæ simul, & uno cumulo, etiam per partes discursu temporis tantam quantitatem donare possit, quantum simul donat, quia sufficit, ne possit facere, quod à principio eam simul donare intenderit. Est tamen valde consentanea doctrina Molinæ *tom. 2. de iustit. diff. 174. §. ex dictis. vbi resolvit, posse uxorem, quæ amplam dotem secum tulit, eam quantitatem simul, uno cumulo, & pro una vice dare absque obligatione restitutionis ex sua tertia marito facienda, quod patebit statim ex resolutione dubijs sequentis. Faciunt etiam pro hac mea opinione omnes, qui dicunt, fratres, qui fratres, vel sorores suas pauperes tenentur aere, & dictim alimenta dare, posse tuta conscientia pro ratione alimentorum eas dotare & estimando alimenta. & ea simul, & uno cumulo eis in dotem dare; & hi sunt Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 15. num. 62. Baçca in tractat. de melior filiis, cap. 22. a num. 30. Azor tom. 2. iustit. moral. lib. 2. cap. 40. q. 2. & alij.**

*21.* Dubium ergo est, an mulier dives, quæ amplam dotem secum tulit in domum mariti, possit donare absque licentia mariti 40. aureos simul, & uno cumulo ad plium opus. v.c. ad supplementum dotis alicuius feminæ, magna sue obligationis, putat, filia nutricis fuit? & quamvis Nauarrus *in summa Latina, cap. 17. num. 155.* Cabedo *1. part. decis. 106. num. 4.* & omnes, quos citauimus pro prima opinione *num. 17.* id negent, ex eo fundamento, quod videatur hæc donatio valde exorbitans, & immoderata, & uxores nec de iure, nec de consuetudine donationes immoderatas facere posse, idque etiam si maritus sit longe absens, quo etiam casu longe absentia mariti, non poterit validè uxori tam amplam donationem facere absque iudicis autoritate, & decreto, deficiente mariti licentia, & nostra *Ordinatio lib. 4. tit. 7. in nouis, §. fin.* solum id concedit maritis, & in modicis, & moderatis tantum donationibus, non in tam magnis, ex eo quod illi solum administrationem bonorum, & rerum habeant, & consequenter videntur id negare uxoribus, quia nullam habent, ut dictum manet.

Attamen Molina *tom. 2. de iustit. diff. 174. §. ex dictis, affirmat, & id debent affirmare omnes, quos induxiimus *num. 18.* quia id deducitur ex illorum fundamentis, & ratio est primo, quia moderatio eleemo-*

20.

21.

22.

eleemosynatum arbitrio prudentis estimanda est; non videatur autem haec donatio immoderata respectu feminæ ditissimæ, que amplam dotem secum in domum mariti induxit. Secundo, quia id uxores, que amplam dotem secum deferunt, emunt à maritis, sicut emunt alimenta; nomine enim alimentorum veniunt in iure eleemosyna, & sicut feminæ ditissimæ maiora alimenta à maritis emunt, ita & maiores de nationes. Nec fundamen-  
tum Nauarii, & Cabedi potest hic venire in con-  
siderationem, quia procedit in foro soli, & nos lo-  
quimur in foro poli.

23. Ultra moderatas eleemosynas, & donatiunculas, possunt etiam uxores in foro conscientiae iniurias maritis aliquid insumere in his casibus. Primo ad præcautendum, & vitandum græcum dampnum, quod maritis imminet, sicut fecit prudens Abigail. Reg. 25. & ad curationem, medicinam, victum, & vestitum famulorum, tunc enim utilissime gerunt negotia mariti, ita Nauarrus in summa Lat. cap. 17. num. 154. Molina tom. 2. disp. 254. §. qui sequuntur, & communiter Doctores. Secundo, si viri prodigi fierint, aut bonorum suorum decoctores, tunc enim similiter contra expressam illorum prohibitionem poterunt abscondere, & reservare aliqua in futurum, prouidendo sibi, & familie in posterum. Ter-  
tio, quando bonorum administratio ad uxores spe-  
ciat in maritorum absentia, tunc enim donare in  
conscientia poterunt ea, quæ mariti presentes do-  
nare possent: ita Auctores allegati. Quarto, quando mariti certum quid præbent uxoriibus ad vesti-  
tum, aut alios sumptus, possunt illæ licet de eo,  
quod parcus insumunt, donationes, & eleemosynas facere: ita Molina tom. 2. disp. 274. §. in fine, & Doctores communiter.

24. Quantum autem uxores, iniurias, & expresse prohibentibus maritis, donare possint, non est facile assignare, cum id pendeat ex iudicio prudens, ut diximus in 7. precepto Decalogi in cap. de furtis uxoriis in maritos; ibi enim diximus, non peccare uxores lethaller, quorum mariti ha-  
bent mille ducatos in redditus pro singulis annis, si à maritis eis iniurias, sex, aut septem aureos clam auferant, ut cum cognatis suis, & pigmentis ludant. Si vero mariti non sint valde diuites, sed mediocriter diuites, unum aureum, aut ad sum-  
mum duodecim regales argenteos; & 7. precepto, lib. 7. Decalogi tom. 2. in cap. de furtis filiorum erga parentes, diximus filios horum hominum me-  
diocriter diuitum, posse clam accipere absque pec-  
cato mortifero quatuor, aut quinque regales ar-  
genteos: ratio autem postulat, ut duplo maior quantitas, quam filii, uxoriibus concedatur, sunt enim illæ consociæ, & administræ vitotum suo-  
rum: ita Rebellus 1. part. de obligat. iustit. lib. 3. quest. 15. sect. 3. num. 16. Si autem maritus sit me-  
chanicus pauper, aut pauper nobilis, cui res val-  
dè sit angusta, crederem non peccare mortiferè, si  
eo iniuncto clam accipiat tres regales, aut ad sum-  
mum quatuor, quanvis de hoc nulla certa  
regula dari possit, sed totum hoc  
relinquit arbitrio prudentis,  
qui id iudicabit ex cir-  
constantiis.

\*\*\*

Fagundez de Iustitia, &amp;c.

Mariti, filijfamilias, minores, im-  
puberes, amentes, prodigi, furio-  
si, clerci, Regularis, Moniales,  
milites, Ecclesiastici.

## SUMMARIUM.

25. Mariti sine expresso consensu uxorum, nec licet, nec validè donare, aut alienare possunt bona immobilia: non sufficit tacitus; quid de donationibus, & eleemosinis pecunie, & bonorum mobilium.
26. Possunt mariti de iure, & consuetudine absque ullo uxorum consensu eleemosynas, & donationes moderatas facere iuxta qualitatem suam.
27. Immoderatas tenentur in suam tertiam accipere. Si uxor difficultatem sentiat post mortem viri, in recuperandis his donationibus potest sibi occulite compensare. ibid.
- Quid si mariti immoderatas donationes in suam partem non accipiat; an tunc teneantur dona-  
tary illas in conscientia restituere. ibid.
28. Si maritus de consensu uxoris ludat, dampnum, & lucrum ad utrumque spellerat.
- Secundus si non consentiat. ibid.
29. De donationibus factis à maritis concubinis, an il-  
las possint uxores in vita, & post mortem mariti repetere, & intra quantum tempus.
30. Quid si concubina aliquid à maritis, & viris uxoriis pretio emerunt, & uxores illud ab illis in iudicio vindicarunt, an tunc illis teneantur sol-  
vere premium.
31. Teneantur viri post mortem accipere in suum ter-  
tium quidquid concubinis donarunt.
32. An concubina teneantur restituere id, quod à vi-  
ris uxoriis acceperunt, & quid si probabiliter credant viros id restituuros, vel accepturos in suum tertium.
33. De donationibus factis à militibus concubinis.
34. Quid de donationibus clericorum illis factis.
35. Et an salarium pro servitio concubinis à clericis, vel militibus debeatur.
36. De iustitia illis debetur predictum salarium tam  
à clericis, & militibus, quam à viris uxoriis.
37. An milites, clerici, virique uxorati, & an Docto-  
res, & Licentiati possint licet, & validè fa-  
cere donationes concubinis non suis, sed aliorum,  
& num. 38.
39. Donationes factæ per clericos suis concubinis, an  
possint in iudicio repeti ab heredibus clericorum,  
& cui tunc adiudicande sint, an illis, an  
fisco.
40. Filijfamilias etiam puberes non possunt aliquid  
donare, nisi de consensu patrum.
- Et remissio. ibid.
41. Quid de prodigiis, qui curatores habent.
42. Quis dicantur impuberes in iure.
43. Quid de minoribus vigintiquinque annis.
44. Quid de Religiosis. & n. 45.
46. Quid de alijs Ecclesiastici.
47. An clerici possint ex fructibus beneficiorum filios,  
& filias suas dotare.

D E contractibus maritorum respectu uxorum  
diximus lib. 1. de contractibus in genere, cap. 22.  
& quatenus vendere, & donare possint, & lib. 7.  
tom. 2. Decalogi precepto 7. vbi de furtis maritorum

25.

Aa in

## 278 De translat.dominij per donationem.

in vxores egimus, quæ loca vide omnino. Mariti igitur, de iure Lusitano in nouis ordinat. lib. 4. tit. 64 fine, non possunt donare, vendere, aut alienan- nec licite, nec validè bona immobilia, sine expresso vxoris consensu, & non sufficit tacitus (de quo con- sensu vide lib. 1. de contractib[us] in genere, cap. 21. num. 1.) idque quocunque modo contraxerint, siue per contractum dimidietatis, siue per contractum dotis, & artharum, ut latè diximus lib. 4. de vendit. De pecuniis autem, & bonis mobilibus, si quid do- nauerint mariti immoderatè absque expresso vxori- sis consensu, attentis facultatibus, & qualitate, te- nentur soluto matrimonio per mortem, vel facto diuortio cum divisione bonorum in vita, in con- scientia mariti, vel illorum hæredes, quidquid ita immoderatè donarunt. accipere in partem sui tertij.

**26.** Possunt tamen mariti de iure, & consuetudine licetè, & validè, quia administrationem omnium bonorum habent, sine illo consensu vxorum tacito, vel expresso, imò repugnantibus vxoribus mo- deratas donationes, & eleemosynas facere, quas spectata qualitate, & facultate recta ratio, & admi- nistratio bonorum postulat, ita ut non teneantur il- las postea accipere in partem suam, & in his præ- ferre poterunt consanguineos, & propinquos pau- petes, erga quos inspecta paupertate, & qualitate illorum liberaliores aliquantulum esse poterunt, quam erga extraneos. Si tamen mariti bona sibi, & vxoribus communia dissipent per donationes immoderatas, aut summom aliquam immodicam donarent in dotem sororum, aut cognatarum abs- que expresso consensu vxorum, tenentur ipsi, vel hæredes eorum, eam accipere in partem sui tertij soluto matrimonio, vel facto diuortio cum divisione bonorum: ita Molina *tomo 2. de iustit. diff. 275.* & Lessius *tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 12. dub. 14. n. 87.* Petrus Nauarra *lib. 3. de restitut. cap. 1. num. 114.* Et ratio est, primò, quia si id de consuetudine conce- dimus vxoribus, ut diximus *num. 18. & 21.* à fortio- ri id viri: concedete debemus; irrationalibilis enim esset consuetudo, quæ id vxoribus concederer, & vi- ris denegaret. Secundò, quia viti sunt capita, & de iure habent administrationem bonorum ubique gentium, cum tamen vxores non habeant: dona- tiunculas autem, & moderatas eleemosynas facere ad eos spectat, qui de iure habent præfamat bonorum administrationem; & quidem cum mariti hanc administrationem habeant, & illa careant uxores, ratio postulat, ut illi laxiores aliquantu- lum, quam illæ intra suam moderationem possint efficere.

**27.** Quando verò alter coniux tenet has donatio- nes, & eleemosynas immoderatas in tertiam partem suorum bonorum accipere, si alter superstes diffi- cultates graues, expensasque & labores timet in illis comparandis, potest licetè vti tacita compensa- tione, accipiendo ex parte contingente viro tan- tum, quantum vlt pro sua parte dissipavit, aut ini- stitè, seu illicetè donauit, & ea summa detracta in- rare coram iudice orphanorum, aut partitionum, ea esse bona, quæ ex defuncto remanserunt, & non alia. Ait autem Nauarrus *in summa Latina, cap. 17. num. 155.* si maritus hæc non accipiat in partem suam, teneri donatarios, vel donatarias, admonere uxores, aut hæredes vxorum eius rei, ut vel ipsi sibi occultè compensent, vel maritum, & hæredes illius in iudicio cogant, ut id in tertiam partem matiti accipient. Si autem vxor efficeret has immoderata- tes donationes, vel eleemosynas sine consensu ma- titi, dicit, non sufficere, si personæ donatariae, quæ

illas ab vxore acceperunt, maritum admoneant, vt sibi compenset, quando vxor illas in suam tertiam partem non accepit, sed teneri insuper prædictas personas donatarias excessum restituere maritis, aut illius hæredibus, quod notat etiam Molina *tomo 2. de iustit. diff. 275. § hac tamen, ad finem.* Ra- tio Nauarti, & Molini est, quia uxores non habent administrationem talium bonorum, atque adeò non solum ipsæ contra iustitiam aduersus maritos peccant, sed etiam personæ donatariae ab illis ac- cipientes, & in hoc bene docet Nauartus; non est tamen ipse sequendus, quatenus insinuat, maritos peccate mortiferè, non teneri tamen ad restitutio- nem pro parte vxorum, quando ipsi absque illarum consensu immoderatas has donationes, & eleemo- synas efficiunt; & consequenter non teneri soluto matrimonio, aut facto in vita diuortio cum diui- sione bonorum eas in suum tertium accipere; ex eo fundamento, quia non censemur lucra acquisita, nisi ea, quæ tempore diuortij inueniuntur; reliqua verò potuit maritus validè, bene, vel malè in vita consumere, quia ad illum spectabat omnium bo- norum administratio. Est enim istud fundamen- tum Nauarti valde inutile, quia maritus non habet ius administrandi, nisi in suum, & vxoris commo- dum, alioquin non esset ius administrandi, sed dissi- pandi; ac proinde, si aliter facit, iniuste vxorem ledit, & tenet illi hoc damnum, ac lensionem in- iustam restituere, accipiendo illam saltem post mot- tem in partem suam. ita Lessius *tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 12. dub. 14. num. 88.*

**28.** Animaduertes tamen, si maritus de consensu vxoris ludat, & aliquid ludo perdat, vel lucretur, siue mobile, siue immobile, damnum, & lucrum censemur commune; est enim ludus contractus for- tuitus, quo quis potest perdere, & lucrari; secus tamen dicendum, si vxor non consentiat tali ludo, & contractui, neque enim tenetur consentire, si- quidem per illum consensum rem suam periculo exponit: ita communiter Doctores, & Lessius *tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 12. dub. 14. num. 88.*

**29.** De donationibus factis à matitis concubinis est dubium, quid dicendum? Certe de iure Lusitano nouæ Ordin. lib. 4. tit. 66. si maritus quidquam de- dit concubinis, vel alteri mulieri cui carnaliter sit affectus, siue mobile, siue immobile illud sit, potest vxor illud repetere in iudicio, & res sic repetita sit tota insolidum vxoris, & quoad vsum, & quoad dominium. hanc autem litem intendere possunt uxores ipsis concubinis toto vitæ tempore, quo ipsæ concubinæ fuerint sub potestate virorum: si autem iam separatae fuerint, vel per mortem viro- rum, vel quocunque alio modo, litem eis intende- re poterunt uxores inter quatuor annos comple- tos à die separationis, non post illos. Mortuis verò vxoribus, filiis illarum, vel filiæ, ascendentibus, vel de- scendentibus eam concubinis litem intentare pote- runt, intra quatuor annos similiter completos à die mortis vxorum, non aliter. hæc de foro exter- no. Et in illis verbis nostræ ordinationis, *aliquid siue mobile, siue immobile, & in generalitate, qua lex ordinationis loquitur, videtur etiam comprehendendi pecunia, quia appellatione mobilium continetur, iuxta textum in Ambent. de nuptijs, §. si verò uni- versa, collat. 4. ibi, in pecunij, aut alijs mobilibus, & ita docent Gama *decif. 126. num. 41.* Thesaur. Pede- montanus *decif. 160. num. 1.* Menochius *consil. 407. num. 5. & 8.* Barbosa *in additionib. seu remissionib. ad hunc locum, verb. aliquid mobile.* Cualcante *decif. 3. num. 13. part. 1.* Ceualllos *commun. contra com- mun. quest. 312. num. 1.* Mantica *de coniectur. ultim. volunt.**

volunt.lib.9. tit.3. num. 2. quidquid dicat Egidius ad lib.4. huius ordin. dict. tit.64. in principio, vbi in art.8. mma. 18. per illa verba nostræ ordinat. de aliquibus bonis mobilibus, aut pecunijs, vult pecunias non pertinere ad bona mobilia, cùm illa particula, aut, hic sit coniunctiva, non disiunctiva, cùm aliquando particula aut, coniunctionem, & verba synonyma contineat. Nam illa particula aut, ex sua natura disiunctiva est, & hic nec ex antecedentibus, nec ex consequentibus colligitur esse coniunctiva, & ponit inter diversa, & diversitatem significat. l. item si suspectus, cum quatuor sequentibus, ff. de procuratoribus. l. aut facta, ff. de pœnis. Bartol. in l. si u. qui ducenta. 3. utrum, ff. de rebus dubijs. Cunha 1. part. decreti, pag. 244. num. 3. column. 1.

30. In conscientia autem non tenentur vxores illorum bonorum que de potestate concubinarum suorum matitorum vendicarunt, pretium soluere prædictis pellicibus, nisi eis liquidò, & manifestè constet, illas, eas res prelio, & pecunia presenti à maritis emisse; quanvis enim per ius Lusitanum ab hac restitutione pro foro excepto vxores absoluuntur, propter præsumptionem, qua præsumunt leges, maritos eas res illis gratis donasse, & in prædictum vxorum alienasse; tamen conscientia, est tribunal veritatis, & præsumptio non debet in eodem tribunal veritati prævalere; & idem dicendum est, si mariti eas oppignerantur iisdem concubinis propter aliquid pretium.

31. Tenentur etiam viri post mortem saltem accipere in suum tertium quidquid concubinis de huiusmodi mobilibus, aut immobilibus donarunt, & opus est, vt hoc Confessarij animaduertant. ita Molina tom. 2. de iustit. diff. 275. Gama decis. 226. hinc patet non teneri concubinas restituere in conscientia id, quod à viris vxoratis accepere, sive mobile, sive immobile sit, ante latam sententiā, si illi velint id accipere in partem suam: si autem illis certò, & mortaliter constet, aut ipsæ dubitent probabiliter, illos id in suam partem non accepturos, tunc tenentur statim ante ullam sententiam restituere vxoribus, aut heredibus vxorum illud dimidium, quod ex rebus donatis ad vxores pertinebat, si per contractum dimidietatis cum maritis contraxerunt: si vero contraxerunt per contractum dotis, & arrham, id est, vt soluto matrimonio sine liberis vxor exeat cum sua dote, & arrhis, tunc quidem videndum est, an aliqua sint lacta acquisita constante matrimonio, &c, si hæc sint, tenentur concubinæ in conscientia restituere vxoribus dimidium dati, quod pertinebat ad vxores, cùm bona acquisita constante matrimonio sint inter maritos, & vxores communia. Si autem nulla sint bona constante matrimonio acquisita, nihil tenentur concubinæ restituere, quando vxores cum sua dote, & arrhis promissis exeunt. ita Molina tom. 2. de iustit. diff. 275. §. non dubito. Si vero ea donatio impedit quomodo dotem suam, & arrhas accipere non possit, tenentur restituere, iuxta eundem Molinam.

32. Paret etiam, quod quando concubinæ probabiliter credunt viros non restituturos suis vxoribus id, quod illis dederunt, vxoresque velle, vt ea sibi restitutio fiat, teneantur statim ipsæ ante ullam sententiam restituere: si autem credant illos accepturos in partem suam, aut remissionero à suis vxoribus ea de re imputuros, non tenentur, nisi post latam sententiam. Idem dicendum de iis, quæ amasius similiiter ab aliena vxore accepit; nam tunc solum ipse amasius tenetur in defectum vxoris manu restituere partem illi contingentem, si creditit

Fagundez de Iustitia, &c.

illam id non acceptutam in partem suam, vt docet Molina citatus, & bene.

De donationibus factis à militibus concubinis suis, sciendum est, in l. 1. C. de donat. inter virum, & uxorem, statui esse nullas in militum favorem; & ita esse nullas, vt possint ipsi milites, & heredes illorum reuocare, & repetere in iudicio prædictas donationes: promissiones vero gratuitas, & liberales ab illis acceptatas, neque in foro conscientia, neque in foro soli tenentur milites illi soluere. Ratio est, quia quando lege aliqua conceditur alicui repetitio alicuius rei, maiori cum ratione eisdem concessa censetur retentio, atque exceptio, si ab eo id peratur.

An autem clerci, & milites ( utroque coniungimus, quia utriusque sunt milites, illi militiae celestis, isti terrestris) possint aliquid suis concubinis validè donare in pretium æquale sui corporis, vel pro seruitiis sibi à concubinis impensis, dum in concubinatu erant? Partita est sententia.

Prima negat, & tam rigorosè negat, vt etiam salariū pro seruitio corporali praestito eis deneget, dum in concubinatu sunt. illam docet Cabedo 1. part. decis. 116. num. 2. & 3. vbi ait, legatum, donationem, & promissionem pro seruitio turpiter exhibito non valere; & num. 4. refert sententiam datam in Lusitania in supremo gravaminum senatu anno 1549. in qua iudicatum fuit, concubinas clericorum non vincere salario, nec eis indicari pro tempore, quo illorum concubinæ fuerunt. Fundamentum huius opinionis est, quia id, quod datur tali concubinæ à milite, vel clericu, dum est in concubinatu turpi, atque illicito, turpiter videretur datum, & turpiter acceptum: vbi autem tam ex parte dantis, quam acceptientis versatur turpitude, repeti id non potest in iudicio. l. vbi autem, l. si ob turpem, ff. de condic. ob turpem causam, & consequenter non tenentur milites, vel clericu illud eis soluere, quia in pari causa turpitudinis, melior est condicione possidentis: quare cum illæ salariū pro seruitio in iudicio petere non possint, nec milites, vel clericu illud tenentur eis dare, sequitur quod eis non debeatur, & pro hac parte citat Cabedo Palatum in rubric. §. 39. num. 6. vers. ex alio. Gomez in l. 50. Tauri num. 68. Bermondi de publicis concubinarijs pag. 243. & facit l. liberta, ff. de oper. libert.

Seruitia tamen, quæ concubinæ præstant clericis, & militibus extra concubinatum posita, puta si longè absentes bona clericorum, vel militum, aut negotia fideliter administrantur, remuneratio esse digna, & pro eis salarium deberi, existimat idem Cabedo num. 3. quia tunc non potest censi donatio turpis ob turpitudinem data, cùm illi iam sint absentes.

Secunda sententia absolute affirmat, non solum milites, & clericos, sed etiam viros vxoratos, & Doctores posse validè, & licet suis concubinæ donare, & teneri de iustitia eis soluere salario pro temporali seruitio illis impenso. Itaque duo docet hæc opinio, primo, posse eis donatores donationes remuneratorias facere ob merita, & seruitia facta, & impensa: debere tamen tunc hæc seruitia in iudicio probari; & non sufficere donatorum dictum, nec standum esse confessioni illorum. Deinde docet secundo, teneri concubinatos de iustitia eis, salariū seruitiorum suorum, in quo conuenerunt, soluere. hanc videntur tenere Barbosa in remissione, ad ordin. Regiam Lusitania lib. 4. tit. 66. num. 2. vbi citat Tiraquel. in l. si unquam, verb. donatione largitus, num. 22. & 24. Guilielmum in cap. Raynaldi, verb. Ob uxorem, decis. 5. num. 161. Gutierrez de iurament.

Aa 2 confir

## 280 De translat.dominij per donationem.

- confirmatorio. 1. part. cap. 6. num. 11. Peregrinum tit. 39. num. 4. & procedit hæc opinio de milite armata militæ, qui forum habet in libris nobilitatis Regiae, & de milite Christi etuce insignito, & de Licentiato, & Doctore, ut bene notant *ibidem* Barbosa, & Gutierrez dicit. cap. 6. num. 6. Garcia decis. 29. & alii, quos *ibidem* congerit Barbosa.*
- 37.** Addit etiam Barbosa *ibidem*, ex *Mantica de tacitius & ambiguis conuent. tit. 3. num. 14. Gutierrez dicit. cap. 6. num. 6. & ex aliis, posse prædictos milites, & clericos, Doctores, Licentiatosque facere donationes concubinis aliorum, quia tunc cessat causa prohibitionis, ne propter libidinem, & illecebras concubinarum bonis propriis spoliarentur.*

- 38.** Ex his duabus opinionibus pro vitroque foro poli, & soli, hæc secunda mihi videtur probabilius: imò pro foro poli puto priorem parum probabilitatis habere, quia forus poli, & conscientia est tribunal veritatis, & si in rei veritate prefatæ concubinae de salario conuenerunt pro securitatem temporali, quod te vera præstiterunt, non video congruentem rationem, ob quam id eis denegemus in conscientia: maximè cùm iura, & leges allegatae pro prima loquantur de foro externo; & præcipue, quia *I. 2. C. de donat. inter virum, & uxorem, vt ibi vult glossa, & notat Molina tom. 2. de iustit. disp. 275. § illud occasione, loquitur de donationibus mercè graruitis, & liberalibus, non de donationibus obseruita impensa, nec de solutione salarij de iustitia alioquin debiti.*

- 39.** Planè occasione ordinationis Lusitanæ citatae, cùm quidam Ecclesiasticus suæ concubinæ prædia aliqua donaret, hæredes Ecclesiastici voluerunt loco defuncti repetere in iudicio ea prædia à concubina; & quamvis, vt refert Gama decis. 58. res fuisse in Senatu Lusitanæ valde agitata, tandem pronuntiatum fuit, vt tanquam res turpiter data, & acceptata, ob coitum videlicet cum clero damnatum, & punibilem, fisco regio adiudicaretur. Gama etamen ibi censet, debuisse potius adiudicari hæreditibus clericis ob priuilegium militum, quod secundum Bartolum, & communem, locum etiam habet in milite spiritualis militæ, nimirum, clero. Molina vero dicit tom. 2. disp. 285 Rectè pronuntiatum fuisse existimat, quia nunquam sibi persuadere potuit, illud priuilegium militibus sacerdotalibus, intuitu tantum sacerdotalis militæ concessum, extendi posse ad clericos milites militæ spiritualis, non enim de tali extensione constat ex aliqua lege ciuili, vel canonica. Sed sententia Gamæ mihi placet, & eam iam probauit, & iterum probbo.

### Filiifamilias.

- 40.** Filiifamilias etiam si puberes sint, non possunt aliquid donare sine consensu expresso, vel tacito parentum, nisi habeant bona castræ, iuxta ea quæ diximus *lib. 1. de contractibus in genere, cap. 14. Quatenus vero filiifamilias possint liberè disponere, donare, & testari de bonis aduentitiis, in quibus habent usum, & dominium, diximus ibi, cap. 15. à num. 8. & 9. an de consensu saltem patris expresso donationes possint facere de iisdem bonis iisdem patribus, diximus ibi, dicto cap. 15. num. 11. & quantum possint circa bona profectitia. & quæ illa sint, diximus dicto lib. 1. de contractibus in genere, cap. 16. quæ loca omnino vide.*

### Prodigi.

- 41.** Non possunt etiam donare aliquid prodigi illi,

quibus à magistratibus dati sunt curatores, quia eo ipso adempta est eis administratio suorum bonorum. Vnde qui aliquid ab eis acceperint, ad restituitionem tenentur, vt docet Lessius *tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 11. num. 57. vide omnino, quæ diximus de contractibus amentium, furosum, ebrium, & prodigorum, lib. 1. de contractibus in genere, cap. 11. per totum. vbi egimus tam de prodigiis, quibus datus est curator, quam de illorum quibus non est datus, & ea omnia, quæ ibi diximus de contractibus, hic applica, quæ donationes sunt saltem quasi contractus.*

### Impuberæ.

**42.** Impuberæ dicuntur masculi, qui nondum explicant perfectè 14. annum, & feminæ, quæ nondum explent 12. vt patet ex *I. finali, C. quando tutores, vel curatores esse desinant.* estque communis Doctorum sententia, hos validè donare non posse, quod colligunt Doctores ex *I. finali, C. de testament. militu, vbi tribuno impuberi, eo quod impubes sit, negatur potestas testandi etiam de bonis castræ, eo quod in ea ætate stabilem mentem non censeatur habere, quæ ratio etiam locum videtur habere in donationibus. ex illa tamen leg. non videtur prohiberi donare impuberæ ad causas pias, sed solum extra illas. idem colligitur ex *I. 2. ff. de pollicitat. vt animaduertit Lessius *tomo 1. de iustit. lib. 1. cap. 18. dub. 11. num. 79. vide quæ diximus cap. 12. per tot. lib. 1. de contractibus in genere.***

### Minores.

**43.** Minores 25 annis, si curatores habeant, donare nequeunt de bonis suis, quæ neque castræ, neque quasi castræ sunt, absque consensu expresso, vel tacito, suorum curatorum. Censetur autem dari consensus tacitus, vel debitus, vt possint ipsi donare, quantum aliis suis conditionis, & qualitatis permitti solent: qua in re spectanda est nobilitas ipsorum; natalium splendor, & pressura eorum, quibus donant; quantitas patrimonij, & consuetudo loci inter similes personas, ita Lessius *tomo 1. de iustit. cap. 18. dub. 11. num. 81. & Sarmiento 1. part. de redditibus, cap. 2. num. 5.* Si profuse donent sine voluntate curatorum, peccabunt quidem contra obedientiam eorum, quibus præstare obedientiam tenentur, raro tamen mortaliter, quia nulli tertio faciunt iniuriam, nullum lèdent: vnde, vt optimè notat Lessius, non videntur donatarij ad restitucionem teneri, donec donata à curatoribus in iudicio repeatantur, vel ipsi donatores petant restitucionem in integrum, vt docet Lessius *citatus dicto num. 81. Molina tom. 2. de iustit. disp. 224. 261. & 277. vide quæ diximus de contractibus minorum lib. 1. de contractibus in genere, cap. 12. num. 4.*

### Religiosi.

**44.** An vero, & quatenus, & quando Religiosi, & superiores Religiosorum licet, & validè donare possint, diximus satis in primo tomo in quinque præcepta Ecclesie, 1. & 2. editione Lugdunensi, lib. 8. præcept. 2. cap. 6. per totum, in 3. Moguntiana, præcepto etiam 2. lib. 8. cap. 6. vbi de furtis Religiosorum satis egimus, nec amplius occurrit dicendum. Animaduerte etamen, superiores Regulares, nec licet, nec validè posse donare, nec dare licentiam suis subditis ad donandum ad usum profanos illicitos, & inhonestos, v.c. ad locupletandos consanguineos; habent enim

## 282 De translat.dominij per donationem.

scimata ex decisione l. 3. tit. 8. lib. 5. in noua legum Regni collectione, iuxta quam consuetudinem in vitroque foro Ecclesiastico, & ciuii communiter solet iudicari. Tertio, quia haec est practica totius Hispaniae, & Lusitaniae, sive quotidie intelligi, & practicari solet. & ita docent communiter Doctores. Excipe tamen Archiepiscopos, & Episcopos, qui nec de iure, nec de consuetudine testari possunt absque licentia Summi Pontificis in tota Hispania, & Lusitania. ita Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 10. num. 53. pag. 276. col. 2. Couart. in cap. cum in officijs de testam. num. 9. Sarmiento de redditib. Ecclesiast. 4. part. cap. 1. num. 8. Hostiensis in cap. fin. col. 2. de peculio clericor. Ioannes Faber in his vero, Instit. de rerum diuisione.

48. Respondeo secundò licet quoad forum conscientiae id facere non posse. Ratio est, quia clerici ad pias tantum causas licet donare, & testari possunt, non liberè ad pia & prophana: satis enim operatur consuetudo habilitando illos ad validè testandum ad pias causas, cum alioqui etiam de iure id facere non possint. iuxta textum in cap. hac, de testament. & in cap. quia Iohannes 12. quest. 1. non enim debet consuetudo tot effectus speciales producere, praesertim aduersus iustitiam charitatis, quam clerici praे cateris exercere tenentur, ne res adeò absonta, & à iure devians, nimisrum, ut clerici redditibus Ecclesiasticis abuti possint, permittatur; cum ea, quæ id permitteret, non conluctudo, sed potius corruptela dicenda sit: ita satis eruditè resolut Nauartus de redditib. Eccles. cap. fin. quest. 3. num. 10. Molina de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 56. ad finem. Couart. dicto num. 9. glossa in cap. cum venerabilis, de consuetud. communiter recepta.

### CAPVT VII.

Patres, an possint facere donationes liberales filiis suis; quid si fiant causa dotis; & quæ filij teneantur adducere ad collationem. An data pro studiis, pro militia, pro curia, pro patrimonio ad lacros Ordines, pro consecutione officij, vel beneficij, pro gradu doctoratus, pro professione in Religione.

1. *Donationes remuneratoria, quas patres faciunt filiis suis familias pro quantitate meritorum, validae sunt, & non sunt adducenda ad collationem.*
2. *Donationes simplices, & liberales, quas pares filiis familias faciunt sub illorum cura degentibus, regulariter loquendo, sunt inualide, & ad partitionem adducenda, & num. 3.*  
Quid si iuramento confirmantur. ibid.
3. *An valeat donatio simplex, & liberalis facta à patre filio emancipato, & coniugato.*
4. *Quid quando unus filius familias patri inferuit, careret non inferuentibus, an tunc possit pater licet, & validè ei aliquid donare, & quantum.*
5. *An valeat donatio facta à patre filios familias titulo dotis.*  
Et an, & quatenus, & quando teneatur filius eam ad collationem adducere. ibid.

7. *An expensa, & sumptus facti à patribus pro coniugis filiorum in die nuptiarum ad partitionem sint trahendi.*
8. *An uestes, & ornamenta data à parentibus pro tempore nuptiarum.*  
Et an pro ingressu Religionis. ibid.
9. *Quid de vestibus, & ornamenti missis ab sponsa sponso, an restituenda sint, si matrimonium effectum non habeat. & si habeant, an adducenda sint ad collationem post mortem mariti.*
10. *In his semper attendendum est ad usum, & consuetudinem loci.*
11. *Per contractum dimidietatis communicantur bona inter maritum, & uxorem: & si filii, vel filia dotata mortuo patre, & matre dotantibus, vult ingredi collationem, tenetur adducere ad illam dotem sibi ab ipsis constitutam.*
12. *Pro qua estimatione, an pro tempore dotis, an pro presenti.*
13. *An quando pater dotavit filium, vel filiam in quantitate, nemirum 100. aureorum, dum eis integrum dotem non soluerit, conferri debeat pro illis annis ea summa, si illam soluit.*  
Referitur prima opinio affirmans. ibid.
14. *Prefertur secunda negans.*
15. *Id, quod dictum manet de collatione pro nuptijs carnalibus, dicendum est etiam cum proportione pro ingressu Religionis, & nuptijs spiritualibus.*
16. *An illa etiam, que dantur ultra dotem pro ingressu Religionis, v.c. uestes, supplex, lincemina, vas a argentea, coclea, fascinule, catene, dici, vascula, & iocalia aurea, & argentea adducenda sint ad collationem, & num. 17.*
18. *Quid de propinis, quid si donentur loco ientaculi.*
19. *Quid de illis, que dantur in ingressu, & professione.*
20. *Quid de cera, que datur editua; de perizomate, & de lectulo, qui darur valitudinaria, de mantilibus, que dantur triclinarie.*
21. *Quid de tensis, seu annuis redditibus.*
22. *Donationes rerum mobilium, que dantur à patribus, vel maribus filiis familias pro militia, & bello, quamvis sepe in bellum eant, an, & quatenus adducenda sint ad partitionem.*  
Quid pro continuando palatio, aut Curia Regia. ibid.
23. *An valeat donatio remuneratoria facta à patribus filiis familias pro qualitate, & astimatione meritorum.*
24. *Quid de donatione facta à patre filiis in premium emancipationis.*  
Et an conferenda sit. ibid.
25. *Quid de donatione facta à patre, vel matre filiis pro studio, & pro continuanda universitate, & num. 26.*
27. *Quid si filiis familias habeant aliqua bona propria aduentitia, castritia, aut quasi castritia.*
28. *Libri, seu expensa librorum, quos patres emunt, & tradunt filiis ad studium, an adducendi sint.*
29. *Quid si libri donentur à patre filio Doctori, vel Litenciatu ad exercendum munus, vel ad aduocandum.*
30. *An teneantur patres, vel matres sustentare filios in studio, qui studia intermisserunt voluntate sua, & iterum volunt studere.*
31. *An adducenda sint ad collationem expensa facta à patribus filiis pro emendis illis honoribus militie, aut literarum, vel facta in doctoratu, usque 33.*

## 282 De translat.dominij per donationem.

sicutmata ex decisione l. 3. tit. 8. lib. 5. in noua legum Regni collectione, iuxta quam consuetudinem in vitroque foro Ecclesiastico, & ciuii communiter solet iudicari. Tertio, quia haec est practica totius Hispaniae, & Lusitaniae, siveque quotidie intelligi, & practicari solet. & ita docent communiter Doctorates. Excipe tamen Archiepiscopos, & Episcopos, qui nec de iure, nec de consuetudine testari possunt absque licentia Summi Pontificis in tota Hispania, & Lusitania. ita Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 10. num. 53. pag. 276. col. 2. Couart. in cap. cum in officijs de testam. num. 9. Sarmiento de redditib. Ecclesiast. 4. part. cap. 1. num. 8. Hostiensis in cap. fin. col. 2. de peculio clericor. Ioannes Faber in his vero, Instit. de rerum diuisione.

48. Respondeo secundò licet quoad forum conscientiae id facere non posse. Ratio est, quia clerici ad pias tantum causas licet donare, & testari possunt, non liberè ad pia & prophana: satis enim operatur consuetudo habilitando illos ad validè testandum ad pias causas, cum alioqui etiam de iure id facere non possint. iuxta textum in cap. hac, de testament. & in cap. quia Iohannes 12. quest. 1. non enim debet consuetudo tot effectus speciales producere, praesertim aduersus iustitiam charitatis, quam clerici praे catenis exercere tenentur, ne res adeò absonta, & à iure devians, nimisrum, ut clericis redditibus Ecclesiasticis abuti possint, permittatur; cum ea, quæ id permitteret, non conluctudo, sed potius corruptela dicenda sit: ita satis eruditè resolut Nauartus de redditib. Eccles. cap. fin. quest. 3. num. 10. Molina de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 56. ad finem. Couart. dicto num. 9. glossa in cap. cum venerabilis, de consuetud. communiter recepta.

### CAPVT VII.

Patres, an possint facere donationes liberales filiis suis; quid si fiant causa dotis; & quæ filij teneantur adducere ad collationem. An data pro studiis, pro militia, pro curia, pro patrimonio ad lacros Ordines, pro consecutione officij, vel beneficij, pro gradu doctoratus, pro professione in Religione.

1. *Donationes remuneratoria, quas patres faciunt filiis suis familias pro quantitate meritorum, validae sunt, & non sunt adducenda ad collationem.*
2. *Donationes simplices, & liberales, quas pares filiis familias faciunt sub illorum cura degentibus, regulariter loquendo, sunt inualide, & ad partitionem adducenda, & num. 3.*  
Quid si iuramento confirmantur. ibid.
3. *An valeat donatio simplex, & liberalis facta à patre filio emancipato, & coniugato.*
4. *Quid quando unus filius familias patri inferuit, careret non inferuentibus, an tunc possit pater licet, & validè ei aliquid donare, & quantum.*
5. *An valeat donatio facta à patre filios familias titulo dotis.*  
Et an, & quatenus, & quando teneatur filius eam ad collationem adducere. ibid.

7. *An expensa, & sumptus facti à patribus pro coniugis filiorum in die nuptiarum ad partitionem sint trahendi.*
8. *An uestes, & ornamenta data à parentibus pro tempore nuptiarum.*  
Et an pro ingressu Religionis. ibid.
9. *Quid de vestibus, & ornamenti missis ab sponsa sponso, an restituenda sint, si matrimonium effectum non habeat. & si habeant, an adducenda sint ad collationem post mortem mariti.*
10. *In his semper attendendum est ad usum, & consuetudinem loci.*
11. *Per contractum dimidietatis communicantur bona inter maritum, & uxorem: & si filii, vel filia dotata mortuo patre, & matre dotantibus, vult ingredi collationem, tenetur adducere ad illam dotem sibi ab ipsis constitutam.*
12. *Pro qua estimatione, an pro tempore dotis, an pro presenti.*
13. *An quando pater dotavit filium, vel filiam in quantitate, nemirum 100. aureorum, dum eis integrum dotem non soluerit, conferri debeat pro illis annis ea summa, si illam soluit.*  
Referitur prima opinio affirmans. ibid.
14. *Prefertur secunda negans.*
15. *Id, quod dictum manet de collatione pro nuptijs carnalibus, dicendum est etiam cum proportione pro ingressu Religionis, & nuptijs spiritualibus.*
16. *An illa etiam, que dantur ultra dotem pro ingressu Religionis, v.c. uestes, supplex, lincemina, vas a argentea, coclea, fascinule, catene, dici, vascula, & iocalia aurea, & argentea adducenda sint ad collationem, & num. 17.*
18. *Quid de propinis, quid si donentur loco ientaculi.*
19. *Quid de illis, que dantur in ingressu, & professione.*
20. *Quid de cera, que datur editua; de perizomate, & de lectulo, qui darur valitudinaria, de mantilibus, que dantur triclinarie.*
21. *Quid de tensis, seu annuis redditibus.*
22. *Donationes rerum mobilium, que dantur à patribus, vel maribus filiis familias pro militia, & bello, quamvis sepe in bellum eant, an, & quatenus adducenda sint ad partitionem.*  
Quid pro continuando palatio, aut Curia Regia. ibid.
23. *An valeat donatio remuneratoria facta à patribus filiis familias pro qualitate, & astimatione meritorum.*
24. *Quid de donatione facta à patre filiis in premium emancipationis.*  
Et an conferenda sit. ibid.
25. *Quid de donatione facta à patre, vel matre filiis pro studio, & pro continuanda universitate, & num. 26.*
27. *Quid si filiis familias habeant aliqua bona propria aduentitia, castritia, aut quasi castritia.*
28. *Libri, seu expensa librorum, quos patres emunt, & tradunt filiis ad studium, an adducendi sint.*
29. *Quid si libri donentur à patre filio Doctori, vel Litenciatu ad exercendum munus, vel ad aduocandum.*
30. *An teneantur patres, vel matres sustentare filios in studio, qui studia intermisserunt voluntate sua, & iterum volunt studere.*
31. *An adducenda sint ad collationem expensa facta à patribus filiis pro emendis illis honoribus militie, aut literarum, vel facta in doctoratu, usque 33.*

- 34 Patrimonium factum à patre, vel matre pro sacerdotio, ad conferendum sit, usque 38.  
 39 An ex divisione honorum inter coheredes facta debetur gabella.

1. **O QVIMVR** de donationibus simplicibus, & merè liberalibus, sive inter viros, sive causa mortis. De donationibus causa mortis iam supra egimus cap. 5. Certum igitur est, donationes remuneratorias illas esse validas, quas parentes pro qualitate meritorum filii suis familias adhuc sub potestate sua constitutis efficiunt, ut iam diximus cap. 3. Huiusmodi autem donationes remuneratoriae, quas partes filii sub sua potestate constitutis faciunt, cum pro quantitate meritorum sint validae, non adducenda sunt ad collationem cum aliis fratribus, quia donationes remuneratoriae, non sunt propriæ donationes, sed sunt meritorum compensationes, non ex iustitia, sed ex gratitudine; si tamen meritorum valorem excedant, excessus ad collationem trahendus est, cum pro illo inualidae sint: ita Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio, quest. 8. numer. 2. glossa in l. si donatio, in glossa 1. C. de donat.

2. Loquendo igitur de donationibus simplicibus, & liberalibus, quæ non sunt remuneratoriae, nec aliunde debitæ, sed mera gratia, & liberalitate fiunt, statuo sic: Donatio simplex facta à patre filiusfamilias sub sua potestate constitutis, regulariter loquendo est inualida, & ad partitionem adducenda, est communis Doctorum: ita Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio, quest. 8. num. 1. Parisius consil. 16. num. 19. lib. 2. Nauarrus in summ. Latin. cap. 17. num. 146. iuncto num. 149. Antonius Gomez tom. 2. variar. resol. cap. 4. in fine, constat ex l. donationes quas parentes, C. de donat. inter virum, & uxorem. Ratio est, quia filiusfamilias, & pater de iure, & ex fictione iuris unam personam constituunt. l. finali, C. de impub. in donationibus autem debent ad minimum esse duas personæ, donans, & donatarius. Deinde, quia, regulariter loquendo, quidquid filiusfamilias acquirit, patri acquirit: ergo impossibile est iuris impossibilitate, quod pater per talem donationem dominium in filiumfamilias transferat, cum in patre maneat, & illud filiusfamilias sub patria potestate constitutus patri acquirat, per donationem autem dominium in donatarium transfertur.

3. Est autem præfata donatio etiam inualida, quia dum pater vivit, potest eam, quoties voluerit, revocare, alioqui si non possit reuocare, morte parentis confirmaretur, modò non excedat quantitatem, quam sine insinuatione alteri extraneo pater possit donare. nam si excedat, non confirmaretur, quoad excessum, nisi tempore mortis expresse pater predictam donationem confirmaret; tunc enim valeret etiam, quoad excessum, non ex vi donationis, sed ex vi legati, quod insinuationem non requirit: ita Molin. tom. 1. de iustit. diff. 243. initio. Antonius Gomez loco citato. Couart. in cap. Raynaldus, de testam. §. 2. num. 6. Vnde patet non teneri filium post mortem patris adducere eam donationem ad collationem, tam pro illa quantitate, quam pater donare poterat ablique insinuatione, quam pro excessu, si pater illam in vita non reuocauit, quia morte illius confirmata est, & quoad excessum, & quoad donationem, hæc omnia procedunt de iure communi; si tamen huiusmodi donatio simplex facta à patre filiosfamilias sub eius potestate constituto, iuramento confirmaretur, de iure communi valeret, & ratione iuramenti irrevocabilis esset,

quanvis nulla sequetetur traditio. Nam cum ex se, & natura sua inala non sit, sed solum iure positivo prohibita, vim firmatis ex iuramento assumit. ita Molina dicto tom. 1. de iustit. diffut. 243. 5. si tamen, & disput. 149. & 150. Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio, quest. 8. num. 8. post multos, quos ibi accumulat.

Dixi, de iure communi, nam de iure Lusitano, nullam vim accipit talis donatio à iuramento, nisi de facultate Regis sit appositum: imò etiam ea fuisse valida, eo ipso, quod tali iuramento confirmatur, nulla omnino, & nullius obligationis, etiam post acceptationem, maneret, ut diximus alibi, & docet Molina tomo 1. de iustit. disput. 149.

Dictum est, sub patria potestate viuente, seu constituto. Primò, quia valet donatio facta à patre filio emancipato, quia cessat tunc patria potestas, ut probat textus allegatus in l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter virum, & uxorem. & glossa ordinaria cum communi Doctorum ad l. 2. C. de inofficiis. donat. & l. 4. & 5. tit. 11. part. 4. tenet Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 4. num. 25. & Iulius Clarus lib. 4. sentent. 5. donatio, quest. 8. num. 5.

Valet etiam donatio de iure communi facta à matre eidem filio emancipato, secundum eundem Gomezum inductum. Item si fiat filio coniugato, cum per matrimonium habeatur pro emancipato, & egresso à patria potestate: ita idem Gomez, & secundum illum valebit etiam donatio, quam filius facit patri, vel matri: id tamen merito negat Nauarrus in summa Latina, cap. 17. num. 145. quia filius dum sub patria potestate est, pro una eademque persona reputatur cum patre. l. fin. C. de impub. Hæc omnia, ut dixi, procedunt de donatione gratuita, & simplici, quæ nullam habet causam adnexam, nisi puram, & meram liberalitatem: nam si donatio facta à patre filiosfamilias sub illius potestate constituto, alicui cause innitatur, facile sustinebit ratione ipsius cause, ut docet Iulius Clarus lib. 4. sentent. 5. donatio, quest. 8. num. 2. initio. Hinc

Inferritur primò, Si unus filiusfamilias sub patria potestate constitutus patri, vel matre sua inseruiat, ceteris non inseruentibus, posse patrem pro remunerazione seruitij illius absque obligatione adiunctionis ad collationem illi donare tantum, quantum merita valent, & quantum daretur extraneo pro illo seruitio; si tamen pater non dat, neque filiusfamilias in vita parentis cum patre conuenit, ne sua merita remunerata manerent, & pro eis sibi saltem tantum donetur, quantum pro illis donaretur extraneo, si illa faceret, non posse filium, neque illius heredes post mortem patris salarium petere sui laboris à parte, quia censetur id facere amore filiali. Si tamen filius protestatus fuit, viuente patre de pretio sui obsequij, & seruitij patri impensi, & ceteri fratres similiter patri non inseruerint, poterit post mortem patris, tam ipse, quam illius heredes premium impensi laboris petere, vel de illo, sibi occulte compensare, si semper in animo habuit non inseruire gratis, & difficultatem timet, & expensas in recuperatione illius. ita Nauarrus in summa Latina, cap. 17. num. 148. argumento leg. Nefannius, ff. de negotijs gest. & l. 1. & l. alimenta. C. eodem. Vide quæ diximus in septimo precepto lib. 7. tom. 2. Decalogi.

Inferritur secundò valere donationem factam à patre filiosfamilias dotis titulo. Sic Nauarrus citatus dict. num. 148. & 145. & non teneri filium illam adducere in divisionem cum aliis coheredibus suis post mortem patris, l. Pomponius, ff. familia er-

*cifcunda, & ff. & C. de collat. bonorum, per totum. & ita docet etiam Cabedo 1. part. decis. arresto 72. vbi dicit, ita fuisse indicatum in supremo Senatu Olyssiponensi, solum, quia promissio, & donatio fuerit à patre facta filiofamilias sub sua potestate degenti causa dotis, & posse similem promissionem, & donationem probari per testes, cum sit inter filium, & patrem, iuxta Ordinat. nostram Lusitaniae in nouis. lib. 4. tit. 45. §. & hec promissio.*

Si tamen ille filius ingredi voluerit collationem cum aliis fratribus, statuitur in prefatis nouis ordinationibus lib. 4. tit. 97. initio, & num. 11. vt tunc renatur afferre ad collationem omnia sibi donata à patre causa dotis, tam mobilia, quam immobilia, cum omnibus fructibus, quos bona illa fecerunt post mortem patris donatoris usque ad tempus collationis, vt ibi declarat nostra Ordinatio num. 11. & docet Molina diff. 238. vers. quando. Gama decis. 118. Vallascus de partitione. cap. 13. num. 148. Caldas Pereira de emptione. cap. 9. num. 19. Thomas Vallascus allegat. 59. num. 5. modò tamen ille ea bona habeat sub sua potestate, alioqui non tenetur praedictos fructus ad collationem afferre, vt bene animaduertit Vallascus de partitionib. cap. 13. num. 18. non tamen possunt obligari filii dorati ad hanc collationem venire per alios fratres, sed si volunt illam ingredi, tenentur hæc bona cum fructibus in collationem inferre; non possunt, inquam, obligari per alios fratres ad collationem venire, & afferre praedicta bona pro estimatione illius temporis, in quo fuerint inuenta, si mobilia sint, nisi illa excellerint legitimam filii dotati, & tertiam parentis dotantis; nam si legitimam filii, & tertiam parentis, vel matri dotantis excellerint, possunt obligari ab aliis fratribus illa ad collationem adducere, tanquam lœsis in suis legitimis; & tunc reficienda illis erit praedicta lœsio de tertio pannis, vel matri dotantis, manente reliquo tertij penes filium datum.

7. In eo autem casu, quo cum aliis fratribus voluerint ingredi collationem spe melioris conditionis, non tenentur ad illam adducere expensas, & sumptus factos à parentibus pro coniuio, & festivitate nuptiarum, quia tales expensæ ad honorem pannis, vel matri pertinent, & reliquorum fratribus, ita Vallascus inductus in praxi de partitione. cap. 13. num. 55. Batt. in l. 1. §. nec castrense, num. 9. ff. de collat. bonorum. Garcia de expensis, cap. 4. n. 10. Molina de iustit. diff. 234. vers. de expensis.

8. Maius dubium est, an vestes, & ornamenti data à parentibus pro tempore nuptiarum, & ingressus Religionis adducenda, & conferenda sint: quod sic, decidit Vallascus citatus de partit. cap. 13. n. 52. Si constat fuisse accommodata à parentibus, vt ornati illis diebus apparerent, non conferenda sunt, quia semper manerunt in dominio pannis, vel matri. Si constat fuisse simpliciter donata, & non accommodata pro illis diebus, tunc quidem attento iure communi non sunt etiam conferenda, quia sunt quedam simplices, & liberales donationes, quæ de iure communi non conferuntur, quando non excedunt quantitatem, quam parentes donec possunt absque insinuatione. l. penult. C. de collat. & habetur communiter in Authent. ex testamento, C. de collat. & est communis doctrina, quam sequuntur Auctores.

Attento vero iure Lusitano, conferenda sunt, siue res agatur inter nobiles, siue inter ignobiles, & vestes sint pretiosæ, vel non pretiosæ, quia verba legis Lusitanæ lib. 4. tit. 97. num. 7. generalissima sunt. ibi, vel quocunque modo. Et generaliter proce-

dunt; important enim omnem modum, vt bene notat Vallascus de partit. cap. 13. num. 54. Si dubium est, an patet, & mater voluerint donare, an tantum accommodare: tunc quidem videndum est, an vestes sint pretiosæ, an non sint pretiosæ: si pretiosæ sint, conferenda sunt pro eo statu, in quo sunt; si non sint pretiosæ, sed ordinariae, & usui quotidiano necessariae, non sunt conferenda, iuxta doctrinam Baldi in l. filia chiu. 5. C. familia erescunda. vbi ait, vestes quotidianas datas nurui, à socero non esse conferendas, uic alia necessaria ad usum quotidianum, quia vestes ordinariae sunt pars alimentorum, alimenta autem non conferuntur, & in vicetu, & vestitu consistunt. l. legaris, ff. de alimentis legatis. doctrinam Baldi sequitur Gama decis. 94. num. 2. & 3. Paulus de Castro consil. 242. incipit, Videntur dicendum.

De vestibus missis ab sposo sponsæ, antequam illam ducat, & similiter de ornamenti auctis, vel argenteis, videndum post Afflictis decis. 315. vbi docet, si predictæ vestes, & ornamenti aurea, vel argentea non sint expensæ data, sed simpliciter sint missæ ab sposo sponsæ, soluto postea matrimonio brevi tempore per mortem sponsi, vel quocunque alio modo pertinere ad heredes sponsi, non ad sponsam, neque ad heredes illius, si illa præmoratur sposo, & ideo non esse adducendas ad partitionem cum aliis bonis, quia eo ipso, quod simpliciter missa fuerunt, consentent ei, non quidem data, sed tradita, vt ornatio in tempore nuptiarum appareret, idque probat ille latè, & per multa iura, & Doctores; quod idem docet Ancharranus consil. 181. initio. Butrios consil. 39. incipit, Quia maior pars. De vestibus autem orduariis, quæ inseruire possint usui quotidiano, dicendum est videri donatas, tanquam alimenta, quia alimenta, vt dixi, in vicetu, & vestitu consistunt, & ideo tanquam partes alimentorum non esse conferendas, quia alimenta non conferuntur. An autem ad usum quotidianum, aut ad ornatiorem cultum inseruant, iudicabit prudens spectatis circumstantiis diuitiarum, & nobilitatis viri, & uxoris, vt bene probat Matthæus de Afflictis d. decis. 315. num. 3.

Attendendus tamen semper est usus, & mos regni, & ciuitatis, quia viri non censerunt donare, nisi iuxta talē morem, vt patet ex l. penult. ff. soluto matrimonio. & addit lex, sanè prodigalia vestimenta, quæ modernius abusus induxit, donata censerri non posse, nec perlas, nec lapides pretiosos, quia nemo presumit male velle uti substantia sua, cum danni sui enormitate. Si tamen sponsus, postquam contractum fuit matrimonium per verba de presenti, expressis verbis eas vestes pretiosas, & pretiosa iocalia donauit uxori, nec postea eam donationem in morte revocauit; tunc quidem ista donatio, quæ alioqui inutila erat, confirmatur morte mariti donantis, siue sponsa iam esset traducta in domum sponsi, siue non: ita Afflictis allegatus num. 10. vbi optimè animaduertit, si huiusmodi vestes, & iocalia pretiosa mittantur à marito dies aliquot ante nuptias, nunquam censerri illi donata, sed censerri missa, vt tempore nuptiarum ornatio apparatur. hæc omnia videntur procedere quando matrimonium contractum est per contractum dous, & arrhatum.

Si nuptie contractæ sunt per chartam dimidicatis, & communicationem bonorum, vt est consuetudo communis in regno Lusitanæ, quando aliter non est expressum, filius, vel filia donata communicat cum marito omnia bona sua, & mortuo parte, vel matre, qui simul donatunt, si vult ingredi ad

9.

10.

11.

ad collationem mortuo parte dimidietatem tantum dotis, vel rerum, quæ loco dotis ei datae fuerunt; mortua vero matre, alteram dimidietatem; mortuo veroque, omnem dotem. Si autem pater, & mater simul dotantes contracterunt per contractum dotis, & arrhatum, tunc quidem, sive ambo ipsum filium, vel filiam dotauerint, seruabitur ius commune: ius autem commune in eo casu disponit, ut si pater solus dote sine consensu vxoris, eo mortuo filius, vel filia a se dotata totam dorem conferat; si sola vxor filiam, vel filium daret, retenta opinione, quod in vxori hoc validè possit facere absque consensu matris (quod valde dubium est, ut docet Vallascus de partit. cap. 13. num. 58. & 59.) tunc etiam mortua matre pari modo conferet filia totam dotem sibi a matre datam. Sic disponit nostra ordinatio Lusitanæ lib. 4. in nosis tit. 97. initio.

12. Et vero in donationibus causa dotis, quando confertunt bona dotata, ut censeatur donatio excedere legitimam filij dotati, & tertiam dotantis, estimanda est tertia patris, vel matri dotantis, vel tertia utriusque simul, quando simul dotarunt, vel secundum pretium temporis, quo dos constituta fuit, vel secundum pretium temporis praesentis, quo collatio sit, oprio tamen dotato relinquitur, ut ibidem docet ordinatio Lusitana num. 4. In aliis vero donationibus factis filiis extra dorem, estimanda erit pro tempore mortis defuncti donantis, seu promittentis. Bona vero donata, vel dotata trahenda erunt, si fuerint mobilia, & vsu consumptibilia ad collationem pro valore status, & temporis, quem habent, quando ad partitionem adducuntur, quia cum ad usum data fuerint, ea tacita conditione data, vel dotata fuisse, censentur. ita ordinat. nostra Lusitana num. 9. Caldas Pereira in l. si curatorem, verb. lexis, num. 96. Vallascus tom. 1. consult. 188. num. 13. & in praxi, de partit. cap. 15. num. 83. & cap. 19. num. 5. & cap. 24. num. 10. nouissime Caldas de empt. & vendit. cap. 10. num. 7. cum sequentibus.

13. Dubiæ tamen questionis est, an conferri debeat quantitas, v. e. ducentorum aureorum, quam pater, vel mater filio dotauit in singulos annos dum viveret ad sustentanda onera matrimonij, & filio, vel filiæ semper solvit? Et ratio dubitandi est primo, quia sicut dos confertur, ita & donatio propter nuptias conferti debet. l. quoniam nouella, C. de inofficio. testam. l. vi. liberis, l. illam, C. de collationib. atqui huiusmodi ducenti autem dati sunt a patre filio causa dotis, & loco dotis: ergo etiam iam consumpti ad collationem adducendi erunt. Secundo, quia ordinatio nostra Lusitana lib. 4. tit. 97. initio, regulam statuit generalem, ut quidcausa dotis donatur, ad collationem adducatur, a qua regula generali non licet recedere. ibi, Si pater, vel mater, vel ambo simul dederint rem aliquam mobilem, vel immobilem alicui ex filiis suis, vel in dorem, vel quocunque alio modo, erit filius obligatus omnia afferre in collationem post mortem patris, vel matri, qui ei talam donationem fecerunt. intellige si noluerint ingredi collationem, & non sint contenti dote sua; vel si ea dos excessit tertiam dotantium, & legitimam aliorum fratum, & coheredum. Plane regula est generalis, a qua non licet recedere, & omnia causa dotis donata comprehendit, etiam pecuniam annualem, & nihil excipit, ut cernitur speciatim in illis verbis, rem aliquam mobilem, vel immobilem; pecunia enim res mobilis est, & res aliqua est. Tertio, confirmatur, quia etiam si pater donans, vel dotans tempore dotis declararet in donatione, se nolle, ut postea eos

ducentos aureos annuatim datos adducantur ad collationem, adhuc ea declaratio nihil valeret, & adducendi forent, quia nemo per suam dispositionem particularem potest prejudicio esse dispositio- ni per ius, & leges introductæ, l. nemo potest, ff. de leg. 1. Sic si quis in suo testamento inbeat, ut ex tertio suorum bonorum adficeretur quoddam hospitale puberum, & in testamento adderet, se velle ut hospitalis visitatio non pertinet ad Episcopum, sed ad magistratus seculares, illa additio esset nulla, non valeret, & pro non apposita haberetur, quia visitatio hospitalium per factos Canones, & Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 8. ad Episcopos pertinet, & dispositio unius hominis particularis, non potest obesse communi dispositioni legum.

Nihilominus dicendum est, ducentos, vel trecentos illos aureos datos, & consumptos causa dotis, non esse adducendos ad collationem, quia datum, & consumptum pro alimentis in vita donantis, non confertur, iuxta notata a Baldo in l. filie cuius §. C. familia ericunda. vbi dicit, vestes quotidianas datas nutui a focero non esse conferendas, nec alia necessaria ad alimenta, & metitio, quia alimenta in victu, & vestitu consistunt, l. legatis, ff. de alimento. legat. quare iuxta hanc doctrinam Baldi, alimenta iam consumpta, non sunt conferenda. hanc Baldi doctrinam sequitur Paulus de Castro consil. 242. patet hoc ex l. ex anno, ff. de donat. inter virum, & uxorem. docet expresse Gama decis. 164. num. 3. vbi dicit, ita fuisse iudicatum in supremo senatu Olyssipponeensi. Bartoli. in l. penultima, in §. servus, ff. soluto matrimonio. Alexander consil. 42. vol. 5. Confirmatur primo, quia tensa Monialium non conferuntur, quando monasterium vult ingredi collationem spe melioris dotis cum aliis fratribus suatum Monialium, ut docet Vallascus in praxi de partitionib. cap. 13. num. 39. quia dantur annuatim per modum alimentorum, & alimenta non conferuntur, ut dicimus infra num. 21. Confirmatur secundo, quia filius, vel filia, non tenetur, nec obligatur conferre fructus bonorum aduentitorum, quos illi patre dotauit, iuxta textum in §. fin. autem, C. de bonis que liber. Iason in Authent. ex testamento l. C. de collationib. ergo etiam non tenetur afferre ad collationem centum, vel ducentos aureos iam absumptos annuatim datos in alimenta dotis. Deinde, quia generalitas illa, qua loquitur nostrum ius Lusitanum lib. 4. tit. 97. initio, cum iubet afferre ad collationem quidquid mobile, vel immobile datum fuit causa dotis, non intelligitur de pecuniis, quæ annuatim dantur in alimenta ad supportanda onera matrimonij, quia alimenta sunt priuilegiata in iure, & non conferuntur. maximè, si ex scriptura dotali constet, vel colligatur, ducentos illos aureos datorum fuisse in alimenta. Nec per hanc dispositionem particularem impeditur dispositio generalis legum iubentium afferre in collationem quidquid causa dotis datum est, quia nullibi in iure expresse inuenitur expressum, ut pecunia, quæ datur annuatim, aut fructus, qui dantur annuatim pro alimentis iam absumptis in partitionem adducantur. Si tamen pater in scriptura dotis expresserit, ut post mortem suum centum, aut ducentos illos aureos ad collationem veniant, non dubitarem fore illos adducendos, quia est conditio honesta, & quisquis dotans potest in contractibus suis apponere conditiones honestas, quas voluerit. ita se habent haec duas opiniones, & haec secunda mihi videtur probabilius, propter illius rationes, & fundamenta, & quia authoritate Bartoli, & Baldi fulcitur: nam authoritas, & opinio

## 286 De translat.dominij per donationem.

nio Bartoli in hoc regno Lusitanie tanta est, ut pro lege habeatur, deficiente lege in iure commoni, & Lusitano, quæ casum definiat. Fundamenta contrariae opinionis ex rationibus pro ista secunda appositis, manent soluta.

15. Id, quod diximus de collatione dotis datæ pro matrimonio, & nuptiis carnalibus, dicendum etiam est pro nuptiis spiritualibus, videlicet, pro professione, & ingressu Religionis in Religione bonorum capace, proportione fœnata. Valet enim argumentatio de matrimonio corporali ad spirituale fœnabilitatem. cap. inter corporalia, de translat. Episcopi. Batt. in l. 1. §. si parentes, num. 1. ff. si quis a parente. Vallascus in praxi de partit. cap. 13. num. 31.

Neque obstat dari huic modi dotes in ingressu, & professione Religionis pro alimentis, & vice alimentorum, iuxta Concilium Tridentinum sessione 15. cap. 16. de Regularibus alioqui si darentur pro ingressu loci facti, & pro professione, simonia esset. Vnde, quia ratione alimentorum dantur, videntur non conferendas, quia alimenta, ut haec tenus diximus, non conferuntur. l. 1. §. si inter ff. de lib. agnosc. Nam etiam dos matrimonij carnalis habet rationem alimentorum, & tamen confertur: aliud enim est, dari alimenta dictim, aut annuatim, aliud dari in dorem certam simul, & uno cumulo. Si enim haec dos in figura alimentorum dietim, aut annuatim daretur, mortua Moniali repeteretur à monasterio id, quod illius non esset in sumptum; quod non videmus fieri: ita ergo dos datur pro alimentis, ut etiam præcipuo detur in figura dotis, simul uno i. & cumulo; quare non professa Moniali, aut annullata professione dos repetitur, de quo non est dubium; non repetuntur tamen alimenta, quæ dum non fuit professa monasterio pro illius sustentatione annuatim dabuntur.

16. Questionis igitur est, an illa etiam, quæ ultra dorem solent dari monasterio, ut valor vestrum, & tota supellex Monialis, nimurum, lectulus, linteamina, vascula argentea, coctez, fuscinulae, propinæ, conferendas sint, in eo calo quod monasterium cum aliis coheredibus vellet collationem ingredi?

17. In primis, vestes, & tota supellex Monialis, linteamina, lectulus, coctez, fuscinulae, catena, vascula aurea, & argentea ad collationem adducenda sunt pro statu, quem habent. ita Vallascus in praxi de partitionib. cap. 13. num. 36. & 54. Et ratio est primò, quia haec etiam adducuntur in matrimonio carnali, & nobis in hac re philosophandum est in matrimonio spirituali, sicut & in carnali, procedit enim, ut diximus, argumentatio de uno ad aliud. Secundò, quia verba legis Lusitanæ dicto lib. 4. in nouis ordinat. tit. 9. initio, generalissima sunt, & omnia in partitionem iubent afferti, quæ per modum dotis dantur: ibi, Res mobiles, vel immobiles filii suis in dorem, vel quocunque alio modo datae tenebuntur filii, vel filia dictata adducere ad collationem. vbi, verba illa, vel quocunque alio modo data, omnem modum dandi important, & non solum comprehendunt illa, quæ filia Monialis secum detulit in monasterium, sed etiam omnia alia, quæ pater, vel mater post ingressum illius, & post professionem illi misserunt, veluti vascula aliqua argentea, & alia iocalia monialia. Tertio, quia haec omnia censentur data per modum dotis, & in complementum illius, & sicut dos confertur, ita & omnes donationes, quæ fiunt propter dorem, & in complementum illius. l. quoniam nouella, C. de inofficio testamento, l. ut liber. l. illam, C. de collat. nam accessorium sequitur principale, cap. inter dilectos, de fide instrumentum ad

fiuem. cap. post appellationem 2. quæst 6 Bart. in l. 5. 17 fine, & si appellatione pendente.

Nec refert, si dicas, patres, & matres ea vascula, & iocalia, quæ postea mittunt Monialibus filiabus post ingressum, vel professionem Religionis, censeri ea eis mittere titulum eleemosynæ, quia revera non est tale, & quamvis eis id nomen imponant, tamen voluntas habitualis, & habitualis intentio illorum est eas mittere, & donare in supplementum dotis, ut subiori aliquæ ægritudine, vel alia necessitate, inde habeant, unde sibi succurri possint.

Propinæ non sunt conferendas, si dentur in locum epulatum, & conuiuij, quod in die ingressus, & in die professionis dari solet, illud enim conuiuum Lusitanæ, jantar das professacion, e entrada, non debet conferri, quia etiam expensæ factæ in conuiuio matrimonij, & nuptiarum secularium, non conferuntur, ut latè probauimus num. 7. quia tales expensæ ad honorem parris, & matri, & reliquorum fratrum pertinent. ita Vallascus in praxi de partit. cap. 13. num. 55. Bartol in l. 1. §. nec castrense, num. 9. ff. de collat. bonorum. Garcia de expensis, cap. 4. num. 10. Molina teno 1. de iustit. diff. 234. vers. de expensis. & diff. 238. Ordin. Lusitana in nouis lib. 4. tit. 97. num. 2. ibi, & non afferent in collationem prandium, & cunam, quam pater, vel mater eis dederunt in diebus suarum nuptiarum.

Reliquæ propinæ, quæ dantur Monialibus in ingressu, & professione, adducendas sunt in collationem, quia dantur in supplementum dotis; patet, quia ius Lusitanum solum excipit propinas, quæ dantur loco prandij, vel cœnt in die ingressus, vel professionis, vel in ambobus his diebus, & exceptio firmat regulam in contrarium. Solent Moniales dicere, eas propinas sibi dari tanquam eleemosynas, & tanquam personis pauperibus, & ideo non esse conferendas; sed hæc illarum ratio patet, quia personæ, quæ consanguineas, vel filias, Moniales faciunt, non solent esse adeò liberales, ut tam amplas eleemosynas erogent; & ideo cùm eis propinas expendunt, in supplementum dotis expendunt, non in titulum eleemosynarum, ut ex se patet.

Ceræ pondera duæ dantur Ædituæ, & perizomata in die ingressus; compositio lectus, quæ datur valitudinariæ, mantilia linea, quæ dantur triclinariæ, (& alia similia, quæ infinita prope sunt) omnia adducenda sunt ad partitionem, quoniam in supplementum dotis dantur, non in eleemosynarum titulum. Omnia autem, quæ per modum dotis, & in supplementum illius dantur ex absoluta locutione & generalitate nostratum ordinacionum dicto lib. 4. tit. 97. initio, ad collationem adducuntur. ibi, quidquid mobile, vel immobile per modum dotis, vel quocunque alio modo datur, ad collationem adducendum erit. Et quia cùm haec omnia, quasi accessoria dotis, in augmentumque illius donentur, sequitur quodd necessariò ad collationem defetti debeant, accessorium enī suum sequitur principale. l. etiam, C. de iure dotum. & l. inter sacerdotum. §. cùm inter ff. de patellis dotalib. & ita docet Vallascus in praxi de partit. cap. 13. num. 37. Titaquellus de retrall. l. §. 1. glossa 18. num. 51.

Tense, & annui redditus non sunt conferendi, quia hoc non datur monasterio pro augmentatione dotis, sed datur Monialibus ipsis loco alimentorum annuatim, alimenta autem non conferuntur, ut probauimus num. 14. & docet Vallascus allegatus num. 39.

Donationes rerum mobilium factæ à parentibus filiis sub eorum potestate constitutis pro bello, & militia,

18.

19.

20.

21.

22.

militia, quanvis sēpē in bellum pergent, & pro continuanda Cūtia regia, valent, & ideo non sunt ad collationem adducendae, tam de iure communi, quām de iure Lusitano: de iure Lusitano constat ex nouis ordinat. lib. 4. tit. 97. num. 9. sunt enim huiusmodi donationes bona quadam castrensis, in quibus filii habent ius plenum, quia sunt illorum, & quoad dominium, & quoad administrationem. Intellige tamen non esse hæc bona donata filiis à patre pro militia, & curia ad collationem afferenda, de iure nostro Lusitano, modò filius non sit vxoratus tempore donationis, quia si vxoratus fuerit, conferenda erunt, p̄t̄r̄ vnum tantum casum, in quo donentur filio vxorato proficisci in bellum, vt in illo eques armerut, & modò res sint iam consumptæ ab ipsis filiis. nam si adhuc vel totæ, vel aliquæ partes illorum exten̄t, siue filiis sub patria potestate constitutis, & non vxoratis, pro militia & curia donentur, siue filiis coniugatis ad comparandam dignitatem equitatus conferendas sunt. ita enim nostræ ordinationes citatæ num. 8. ibi, & non afferet filius ad collationem id, quod pater, vel mater ei dederint, vel cum illo expenderint in palatio, quando non erat coniugatus, quia si post quam uxorem duxit, aliquid ei datum fuerit, etiam ad expendendum in curia regia, ad collationem adducet, & declaramus, per palatum, in hoc casu intelligi eos solum, qui nobiscum sunt, vel cum Regina, vel cum Principe, vel cum aliquo, vel aliquibus filiorum nostrorum. Nomine autem filiorum Regis, intelligentur etiam filii bastardi Regis non legitimati, iuxta Vallascum in praxi de partit. cap. 13. n. 169. & 170. quia lex ista virtutur nomine filiorum absolute, quod est nomen naturæ, & non iuris. Unde sequitur, quod etiam bastardi sub eo nomine comprehendantur, iuxta Bartolom. in l. turelas, ff. de capitul. diminut. & statim infrà addit nostra ordinatio ibi, n. 9. & id, quod dicimus, nimurum id, quod datum fuerit ad comparandam dignitatem equitatu, aut ad palatum, non esse afferendum ad collationem, intelligitur, quod etiam fateri patrem ea dari pro remuneratione operum, que erant remuneratione digna, uti diximus cap. 3. de douat. remuneratoria. & docet Nauarrus in summa Lat. cap. 17. num. 145.

23. Valer etiam donatio remuneratoria facta à patre filiofamilias sub sua potestate degenti, ac constituto, in tantum, quantum pater daret alteri extraneo ob similia metita, & seruitia, si ab eodem extraneo sibi impenderentur, iuxta ea, quæ hic diximus n. 5. & ideo cùm sit valida, non est ad collationem adducenda ab ipso filio, quoad valorem, & estimationem: & in foro poli sufficit, metita esse vera; in foro soli oportet, vt probentur, non enim sufficit fateri patrem ea dari pro remuneratione operum, que erant remuneratione digna, uti diximus cap. 3. de douat. remuneratoria. & docet Nauarrus in summa Lat. cap. 17. num. 145.

24. Valer rursus, & non est conferenda donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis, quia iam est facta ex causa p̄t̄xistenti, & simpli citer liberalis non est; nam filius emancipati non potest à patre, nisi volenti, & consentienti filio, & ideo iustum causam remunerationis habet pater ad remunerandum filium, si emancipationi consentiat. Ita Iulius Clarus lib. 4. sent. 6. donatio, quæst. 8. n. 5. Alexander consil. 21. lib. 3. post num. 9. Riminaldus consil. 409. num. 8. Socinus consil. 127. num. 13. lib. 3.

patet ex l. vi libert. C. de collat. ex §. generaliter. in Authent. quibus mod. natur. efficiantur sui. vbi dicitur patrem non posse emancipare filium in uitum.

25. Valer quoque, & non est ad partitionem inducenda donatio facta à patre filio sub patria potestate degenti pro studiis. patet ex vtroque iure, communi, & Lusitano. docent Iulius Clarus lib. 4. sent. quæst. 8. num. 6. Vallascus de partit. cap. 13. n. 151. Angelus in l. 1. in ultimis verbis, ff. soluto matrimonio. Iason ibi, num. 52. ex iure Lusitano, patet ex lib. 4. noua ordin. tit. 97. num. 7. de iure verò communis ex l. que pater, ff. familia exciscunde. Bartol. in l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bonorum. Hæc tamen resolutio in maioribus studiis non caret magna difficultate; multi enim, & graues Doctores tenent talam donationem non valere, & consequenter ad collationem esse adducendam, & hi sunt Franciscus Ripa in l. 1. num. 140. ff. soluto matrimonio. Alexander in l. 1. in quartam, num. 22. in fine, ff. ad legem falcidiam. Addit tamen Iulius Clarus citatus. Ego si casui contingere, non recederem à prima opinione, si nulla suspicio fraudis in donatione subesset; est enim hac causa studiorum valde favorabilis, & Reipublicæ maxime interest, ut adolescentes in bonis artibus erudiantur.

26. Verba nostræ ordinat. ita habent. & non adducet filius ad collationem id, quod pater, vel mater ei dederint ad discendum in scholis, vel studio, aut ei, qui illum docuerit. quæ quidem verba, vt ait Vallascus de partit. cap. 13. num. 152. procedunt in primis de expensis factis in studiis minoribus Grammatica, & ceterarum artium, sine quibus commendè, & politicè, ingenuus adolescens viuere non potest, id enim important verba illa, aut in studijs, iuxta eundem Vallascum in praxi de partit. cap. 13. num. 152. & ratio est, quia hæc studia minora continentur, & veniunt in iure nomine alimentorum, quæ partes necessariò tenentur filiis prestatæ, si nobiles sint; alimenta autem non veniunt ad collationem. ita Bartolus in l. de bonis, §. non solum, ff. de Carbonian edit. Garcia de expensis, cap. 3. num. 47. De aliis verò studiis altioribus, veluti Theologiz, utriusque iuris prudentiaz, Medicinaz, inspecto nostro iure Lusitano, non est dubium valere etiam donationem expensatum, quæ sunt in illis addiscendis, & non esse conferendas, quod patet ex illis verbis, in scholis. quæ sine dubio addita sunt ad distinctionem minorum studiorum, ne id ipsum bis repeteretur, vt optimè aduertit Vallascus allegatus: inspecto verò iure communis, quæstio, vt dixi, non caret difficultate, & magnis pro utraque parte auctoribus, sed, vt diximus, affirmativa sententia, quæ docet prædictas expensis factas in Academiis, & studiis maiotibus, non esse ad collationem afferendas, est probabilius, quam p̄t̄ter auctores initio huius numeri citatos tenent Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimonio, pag. 7. num. 27. 29. & 30. Mendez à Castro in l. cùm oportet, num. 173. C. de bonis, que liber. Caldas Pereira in comment. ad §. sed hac p. 2. num. 50. vers. quod etiam, Institut. de inofficiis testam. Azor part. 2. lib. 1. cap. 4. quæst. 17. & 18. Reginaldus in praxi, lib. 20. cap. 43. concordat apud Castellanos lex 3. vbi Gregorius Lopez titul. 4. part. 5.

27. Si tamen pater habeat aliqua bona propria filij castrensis, aut quasi castrensis, aut aduentitia, in dubio censendum est cum voluisse alere de bonis illius in maioribus studiis, vt bene limitant Bartolus in tractatu de duobus fratribus, num. 16. & in l. 1. §. nec castrense, num. 8. ff. de collat. bonorum. Sylvest.

## 288 De translat. dominij per donationem.

Sylvest. verb. Peculum 1. quest. 8. Nauatus in summa Lat. cap. 17. num. 160. Antonius Gomez ad l. 29. Tauri, num. 16. Gregorius Lopez l. 5. tit. 15. part. 6. Ratio ac fundamentum est, quia pater non tenetur atere filium ex suis bonis, quando filius habet bona propria, ex quibus sustenteret. consentit l. ultim. C. de collationib.

H. tamen non obstantibus, possunt parentes de suis bonis atere filios in studiis, & Academiis, etiam habentes propria, neque tenentur ea alimenta computata in administratione suorum bonorum, non enim illicitum est patribus vnum aliis preferre filium in alimentis, in vestitu, & vestitu, modo in hoc rationis modum non excedant, ut docet Nauatus in summa cap. 17. n. 160. Quod diximus, consumpta in studiis non esse conferenda, intelligit Antonius Gomez citatus, & Garcia de expensis, cap. 4. num. 4, modo non protestetur pater ea esse computanda in legitimam filij, vel ex aliis conjecturis constet voluntatem patris semper fuisse, eis expensas in legitimam illius computare, veluti si eas referat in album, aut in libro expensarum scribat, quas cum eodem filio fecit, vel ex alio capite de hac illius voluntate coullet, tunc enim tenetur filius adducere ad collationem id, quod plus consumpsit in studiis, quam consumpsisset, si in domo paterna ateret. cum hac limitatione consentit, ac concordat l. que pater 2. ff. familie ericunda, quamvis de solo filio emancipato loquatur, & praeter Gomezium, & Garciam inductos id docet etiam Aluatus Vallascus in praxi de partit. cap. 13. num. 163. In omnibus autem casibus, in quibus expensae factae in studio conferenda sunt, detrahi debet id, quod filius in domo patris existens in alimentis consumpsisset, ut bene animadverrum Vallascus num. 265. & 151. Gomez ad l. 29. Tauri, num. 16. Garcia de expensis, cap. 4. num. 4. ad 5.

**28.** De libris, seu expensis librorum, quos patres emunt, & tradunt filii ad studium illorum, est dubium, an ad collationem adducendi sint? & vero si loquamur de libris necessariis ad scientiam acquitandam, ad gradum, scilicet, doctoratus, vel licentiatum comparandum, quos patres dum viuunt, filii emerunt, & tradiderunt, non esse conferendos, docent communiter Doctores. ita Iulius Clarus in collectan. commun. opinion. verb. liber. num. 11. Roland. consil. 11. num. 12. Menochius de arbitrar. lib. 2. centuria 2. casu 131. Afflictis decif. 247. n. 2. Anendano ad l. 29. Tauri, gloss. 3. n. 6. Matienso 1. 3. gloss. 2. a n. 3. tit. 8. lib. 5. noua recop. Perez lib. 8. tit. 4. lib. 1. ordinam pag. 46. Molina de iustit. tract. 2. disp. 239. vers. quod ad libros. Vallascus cap. 13. de partit. num. 59. & post Bartolum Decimus in l. si donatione, n. 41. C. de collat. & alii multi, & idem dicendum est de libris donatis a patribus filiis scholasticis, veluti corpora iuris ciuili, & canonici, non enim etiam veniunt ad collationem, cum non sint minus necessarij ad studendum, quam ceterae expensae, & ideo, quod de expensis dictum est, de libris quoque dicendum erit. Quare si constet patris animum fuisse expensas librorum in legitimam filij computare, computandæ sunt in illam, & ad collationem adducenda erunt. Id autem constabit, vel ex protestatione, vel ex relatione in album expensarum, vel si patres id declarent in testamentis suis. Constat etiam ex modo emptionis ipsorum librorum. nam si patres eos libros emant filiis nomine filiorum, non erunt expensæ illorum conferenda, quia signum est, eos voluisse patres filiis donare; nec similiter tenentur patres eos in suam

tertiam post mortem suam computare: si vero eos emant nomine patrum, adducendum erit ipsorum pretium ad partitionem, quia signum est eos voluisse eis donare; quod constabit magis si patres illorum pretium in album referant suorum emptiōnum, atque expensarum. & ideo communiter Doctores respondent libtos esse conferendos si patres emant illos nomine proprio; non esse conferendos, si eos emant nomine filiorum. & hi sunt Menochius citatus, Barbosa in remiss. ad leg. Regiam Lusit. lib. 4. tit. 97. ad §. 7. num. 2. pag. 212. Si vero loquamur de iisdem libris, quos patres iisdem filiis eruerunt, & in vita sua non tradidierunt, ad collationem esse adducendos post mortem patrum pro eo statu, in quo sunt, docent omnes Doctores præcitat. **29.**

Sed quid si libri donentur à parte filio Doctori, Licentiatoque, qui iam sua studia absoluunt, iudicii, Adiutorio, aut simile munus publicum exercenti, aut qui in procinctu est ad exercendam eam scientiam, quam didicerat? Respondeo similiter cum communī Doctorum, prædictos libros non esse conferendos, si ante mortem patris filio erant iam traditi, vel saltem per donationem præcedentem à filio erant iam acceptati: esse vero ad collationem adducendos, si post mortem patris ei traditi fuerint, ita Vallascus de partit. cap. 13. num. 160. Iulius Clarus lib. 4. sent. §. donatio. quest. 8. num. 6. & in additionib; ad eum numeram in fine questionis, verb. libros. Alexander consil. 142. num. 25. vol. 2. Rolandus consil. 11. lib. 1. dub. 2. & omnes Doctores num. præcedenti allegati, & hæc est hodie communior, & probabilius opinio. & ratio est, quia etiam si studia sua iam absoluunt, tamen perinde est, ac si tunc filij in campum excent ad militandū, & militiam exercendam in communem Reipublicæ utilitatem, est enim aduocare, & officium indicis exercere, quasi militare, & cum libri induant rationem armorum, & arma, & cetera, que castrensis, aut quasi castrensis sunt, non confertantur, ideo etiam nec libri iam dati, & traditi, aut saltem iam promissi, & acceptati non conferuntur. Quod tamen intelligendum est, quando ex hoc magna inæqualitas inter fratres non insurget. nam si insurgat, tunc quidem ad collationem venient, ut docet optimè Menochius de arbitrar. lib. 2. cent. 2. casu 131. num. 4. & communiter Doctores. Quando autem insurgat, vel non insurgat hæc magna inæqualitas, iudicabit prudens iudex inspectis circumstantiis diuitiarum, & bonorum patris, qualitate, & nobilitate aliorum filiorum, iuxta eundem Menochium citatum. Battolum in l. 1. 5. nec castrense, num. 1. ff. de collat. honorum. Crauettam consil. 125. num. 7. Decimum, & alios citatos ab eodem Menochio.

Sed hic rogas. Quid si filius incepit per aliquos annos studere, & vult continuare studia sua, pater vero non vult, tenebitur ne pater, vel mater continuare cum expensis, quoque filius absoluat studia sua? Negatiū responderet Antonius Gomez ad l. 29. Tauri, n. 18. Molina tom. 1. de iustit. disp. 239. & quidem Gomez tria ibi dubia excitat, pulchra quidem, & leitu digna. Primum est, an pater teneatur sumptus, & expensas, & omnia alia necessaria ministare filio studioso, & ingenuo, volenti stude te; & ad hoc possit per filium in iudicio compelli? Secundum est, an in eo casu, quo filius missus in studium, & de consensu, ac voluntate patris cepit studere, teneatur pater continuare expensas, & necessaria filio ministrare, quoad usque studium absoluat, & perficiat. Tertium est, an mortuo patre teneantur

**30.**

teneantur fratres, eiusque cohaeredes ad predictos sumptus usque ad finem studij sui; & omnibus his tribus dubiis sic breviter, & resolutivè suo more responderet.

Ad prium, non teneri patrem, nec posse obligari ad continuandum cum expensis necessariis volenti filio studere contra voluntatem patris, nisi tantummodo in studio Grammaticæ, & humaniorum literarum, si filius habilis sit, non ad ulteriores scientias. Et ratio illius est, quia studium Grammaticæ, est quasi generale fundamentum ad omnes alias scientias. Idem docet Valerius Reginaldus in prædicto fori pénitentia lib. 10. num. 43. ubi etiam resolutus, teneri patrem in conscientia volenti filio studium incipere, expensas facere, ut det operam literis, quibus cæteri patris conditionis more patrio erudiri, informarique solent; ubique autem in more positum est, ut filii Nobilium Grammaticam, & literas humaniores addiscant, & si in foro conscientia ad hoc tenentur patres, in foro extenso ad id poterint obligari. Ego his duobus Auctoribus assentio, & præcipua huius rei ratio est, quia patres tenentur alere filios, & ad hoc possunt obligari in foro soli, & bonis illos moribus informare, ut docet Toletus lib. 5. summa, cap. 1. à num. 8. Nauartus in summ. Lat. cap. 14. num. 17. Nomine autem alimentorum venit etiam in iure studium, sine quo homines Nobiles, & ingenii, viuere politicè non possunt, puta studium Grammaticæ, ut docet Sylvestrus verb. alimennum, num. 1. & deducitur ex l. de bonis, §. non solum ff. de Carbon. edit. ibi, Non solum alimento prestari debent pupillo, sed & in studia, & in ceteras necessariae impensis debent impendi pro modo facultatum, concordat text. in l. qui filium, ff. ubi pupillus educari valeat. & in l. officio, ff. eodem, & Sylvestrus citat ibi Bartolus in l. legatis, ff. de aliomentis, & cibaris legat. ubi ait Bartolus, illum, cui debentur, & legantur alimenta, deberi etiam & legari expensas pro studio necessario, sine quo viuere homines ingenui non possunt competenter ad genus suum, & personas, veluti Grammaticæ, scilicet de ulterioribus. quæ opinio Bartoli, & Sylvestri est probabilis. Communiter tamen distinguunt Doctores inter alimenta iuris, & alimenta legata alieni testamento; & loquendo de alimentis iuris, dicunt inter ea comprehendendi etiam expensas ad studia Grammaticæ; loquentes vero de alimentis testamento legatis, dicunt comprehendi solum alimenta naturæ competenter ad genus, & familie nobilitatem, non studia. Idem dicendum est si aiunt de alimentis debitibus ex contractu, tunc enim si nihil exprimitur de alimentis studij, minimè sub legato, aut contractu comprehenduntur, quia agitur de graui præiudicio legantis, haeredumque illius, & de graui præiudicio alterius partis contahentis; ita Rolandus consil. 22. lib. 1. Surdus de aliomentis, et. 4. quæst. 6. Menochius de arbitr. casu 170. Nicolaus Genoa in tract. de conciliat. cunctar. legum, quæ sibi contrariantur, fol. 149. Coler. de aliomentis, lib. 2. cap. 1. num. 9. & 10. Sed haec opinio hotum Doctorum parum coheret cum opinione Bartoli, ille enim ait, alimenta, quæ legantur, aut debentur, comprehendere etiam alimenta, seu expensas studij Grammaticæ, quibus verbis per alimenta, quæ legantur, intelligit alimenta, quæ debentur ex legato testamento, & per alimenta, quæ debentur, intelligit alimenta, quæ debentur ex contractu; prefata tamen distinctio communiter hodie recipitur.

Ad secundum & tertium ait, in maioribus studiis non teneri patrem, qui filium ad studium ini-  
Figuidex de Instit. &c.

sit, continuare alimenta in iisdem studiis, neque haeredes illius, quia ad huiusmodi onus nullo iure in ulterioribus studiis tenetur; & licet teneatur alimenta præstate, intelligitur in domo propria, non alibi; & ob eandem rationem similiter etiam ait, mortuo patre non teneri alios fratres, eiusque cohaeredes predictos sumptus, & expensas continuare, quia cum patet non teneatur, similiter nec eius haeredes tenentur. iuxta textum in l. de bonis, §. non solum, C. de Carbo. edit. & textum in l. qui filii, ubi pupilli, educari, deb. & ita tenet Bartolus in l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bonor. col. penultima, num. 12. & in tract. de duobus fratrib. quæst. 3. Baldus in l. omnimodo, §. imputari, C. de inofficiis. testam.

Valet denique donatio expensarum, quæ sunt à parte filiofamilias sub eius potestate constituta pro illo honorando insigni aliquo gradu doctoratus, aut licentiatæ, vel insigni dignitate secolari militari, vnde huiusmodi expensas, nec tenetur filius conferre, nec pater eas accipere in suum tertium, nisi pater eas in album referat expensarum, quas cum ipso filio fecit, aut aliunde ea fuisse ipsius voluntas colligatur. ita Vallascus in præxi de partit. cap. 13. num. 174. & 175. Molina Theologus tom. 1. de instit. disp. 241. §. quoad posteriorum. Gomez ad leg. 29. Tauri, num. 21. Garcia de expensis, cap. 4. num. 14. Ratio est, quia id donatum censetur pro honore quasi militie assequendo, ac proinde cedit in rationem bonorum quasi castrorum.

Limitatne tamen hoc iuxta Vallascum, & Molinam, nisi filius sub patris potestate constitutus bona aliqua habeat, de quibus ipse pater in illius utilitatem hoc expendat, iuxta textum in l. si filius, ff. de petit. heredit. ibi, In honorem filii. ubi Baldus ita ait. loquitur iste textus de dignitate militie, doctoratu. & generaliter inserunt Molina, & Vallascus, valere donationes patrum factas filiofamilias sub eorum potestate constitutis pro consequendo aliquo honore, vel dignitate non vendibili, nec transferibili ad haeredes, & non esse ad collationem adducendas, nec parentes teneri eas expensas in suum tertium assumere, veluti pro ordinando filios sacris Ordinibus, (de quo statim agemus) pro decorando illo habitu alicuius militie, pro gradu equitatus, vel doctoratus, ob rationem suprà taclam, quia ea donatio cedit in donationem bonorum, quasi castrorum, & illorum induit rationem, & naturam.

Hinc iam patet, cum gradus doctoratus, & alii literatij, beneficia Ecclesiastica, commendæ, & habitus militares, & his similia honoris insignia, neque vendi possint a filiis, neque ad haeredes transmitti, non teneri filios propter illa quidquam ad collationem adducete, neque sumptus, & expensas illorum, quas parentes fecerunt, vt filii compararent, neque illorum estimationem, nisi forte prius patres cum filiis conuenissent, se ea lege id facere, vt illi postea hos sumptus de redditibus soluant, vel in suam legitimam portionem eos postea computent. ita Antonius Gomez l. 29. Tauri. num. 21. versic. ex quo subinfero. ibi, ex quo subinfero, quod si pater, vel mater aliquid expendit pro filio pro adipiscenda dignitate Episcopatus, vel Canonicatus, vel præbenda Ecclesiastica, vel doctoratus, vel simili dignitate, non confertur, quia talis dignitas, seu militia non potest a filio vendi, nec ad haeredes transmitti, & id ipsum pene iidem verbis docet. Molina tom. 1. de instit. disp. 241. §. hinc patet. & deducitur ex textu in l. 1. §. sed, an id, ff. de collat. bonorum, cuius haec sunt verba, Sed, an id, quod dignitatis nomine à

Molina tom. 1. de iustit. diff. 243. §. ex hoc corollario. Probatur primo, quia hoc modo confertur dos data filio, vel filia ob matrimonium carnale, ut supra diximus: ergo & patrimonium datum filio ob sacros Ordines, & matrimonium spirituale, quod dignius est; procedit enim de uno ad aliud matrimonium argumentatio à fortiori, ut habetur in cap. inter corporalia. de translatione Episcop. Secundo, quia attento nostro iure Lusitano in nonis ordinat. ad lib. 4 tit. 97. initio. regula est generalis affirmativa, ut omnia, quæ pater, vel mater donauit filio, per quemcunque modum donata fuerint, sive sint mobilia, sive immobilia, ad collationem adducantur, nisi in casibus ibi exceptis; ibi autem non excipitur patrimonium hoc; ergo adducendum est, si filius voluerit partitionem ingredi cum aliis fratribus. Tertio, quia decretum Concilij Tridentini sess. 21. cap. 2. de reformat. non inducit absolutam obligationem non alienandi bona patrimonij, sed donec ordinati adepti fuerint beneficium Ecclesiasticum, vel aliunde habeant unde congruè ad personam Ecclesiasticaam sacris Ordinibus iniciatam sustentetur; ut ex illo in fine decreti patet. Ex quo sequitur posse filium clericum factos Ordines habentem spe consequendi maiorem hæreditatem partitionem ingredi, afferendo ad illam patrimonium, non tamen ad id posse obligari à ceteris fratribus, & coheredibus, licet bona illi in patrimonium donata excedant legitimam, quam alioqui habiturus erat, & tertiam partis, vel mattis dotantis; licet enim hoc excedat, adhuc purat Vallascus inductus non posse cogi ad restituendum excessum, quia tunc obstat omnino decretum, & intentio Concilij Tridentini, Ne cum dedecore sacrorum Ordinum, cogantur mendicare, quod est valde notandum.

37. Neque obstat bona sic donata, censenda esse quasi castritia, ut dicamus, etiam de iure Lusitano, non posse conferri; siquidem de eodem iure bona donata ob militiam terrestrem, quasi castritia dicuntur, & ad collationem non adducuntur, & consequenter etiam, nec bona donata ob militiam celestem. Non obstat, inquam, quia attento etiam eodem iure Lusitano, non omnia, quæ donantur ob militiam temporalem, eximuntur à collatione, sed solum ea, quæ dantur filio non coniugato sub patria potestate constituto ad illius equitatum, Lusitanæ, ad illius *Caudaria*, quamvis sepiissime in bellum perget; vel filio coniugato ad effectum, ut eques evadat, ac fiat, iuxta ordinat. nouam lib. 4. tit. 97. num. 9. & nec tunc donantur absolute, sed cum obligacione, & limitatione quadam, ut tenantur ad collationem afferre si quid ex rebus mobilibus, aut immobilibus in eum finem donatis extraxerit, & quidquid in ea te insumptum non fuerit, & omnia, si probatum fuerit, omnia in eo fine, ad quem donata fuerint, non fuisse insumpta, quæ omnia latè probat Vallascus dict. trattat. de partit. cap. 13. à num 77. usque ad 78.

38. Ex dictis manifestè patet, non posse initiatos sacris Ordinibus, nec licetè, nec validè vendere suum patrimonium sine licentia Episcopi antequam habent beneficium, aut aliunde unde congruè sustentari possint, ut constat ex eodem Concilio Tridentino dicta sess. 21. cap. 1. de reformat. Si tamen de facto quis suum patrimonium ad sacros Ordines donatum, ac dotatum vendat, aut alienet, sine licentia Episcopi, existimat Medina in summa verb. suspensio, §. 8. incurtere suspensionem, ultra quam illicitè, & invalidè alienauerit. Melius tamen Fumatius cap. 6. de sacramento Ordinis, num. 9. §. 4.

Fagundez de Instituta, &c.

& Salzedo in practica, cap. 18. num. 19. negant talē suspensionem ab eo de facto incurri, quia nec ibi in Concilio, nec alibi in iure, talis suspensio inuenitur. Si verò vendat postquam beneficium haberet, aut congruam aliunde sustentationem ad decentiam sacrorum Ordinum, putat Ceualllos communis contra communem, quest. 527. posse id fieri licetè, & validè sine licentia Episcopi, & citat Flaminium, & Azeuedo, probatque ex eo, quia in praesenti cessat finis, & intentio Concilij Tridentini, ne, scilicet, cogantur clericci cum dedecore sacrorum Ordinum mendicare, & cum Ceualllos consentit Toletus lib. 1. summe, cap. 48. num. 7. Non deberi autem gabellam ex divisione bonorum inter colæredes facta, nec de iure communii, nec de iure Castellæ, nec de iure Lusitano, probat latè & eruditè Reinosus observation. 21. num. 10. Et deinceps, ex multis, & multis iuribus, quæ opinio est communissima, & Molina Theolog. de iustit. tratt. 2. diff. 664 num. 11. vers. ego vero. Excipe, nisi post perfectam divisionem conueniant hæredes inter se, ut illotum aliquis alteri vendat partem suam, aut cum illo eam permutet. vide Molinam ibi, & Reynousim loco citato, pulchritè circa hanc rem discurrentes.

### CAPUT VIII.

Officia donata à patre, vel à Rege filiisfamilias, an ad collationem adducenda sint; & an impensa factæ à patre pro illis, à captiuitate, & delictis ac vinculis liberandis, & in peregrinatione illorum; & quatenus patres possint donare filiis vsumfructum bonorum aduentitorum.

1. Quatenus liceat Principibus, vel non liceat, venditio officiorum Reipublice, remissio. An officia, que a Rege donantur filiisfamilias suorum vasallorum propter merita illorum, vel patrum adducenda sint ad collationem. ibid.
2. De iure Lusitano, non sunt afferenda ad collationem donationes, quæ Reges filiisfamilias faciunt in iuri meritorum parum, aut ipsorum filiorum.
3. Numerantur varia officia. Officia à Rege, Regina, Dynastiæ, & à Camera Olyssiponensi data filiisfamilias ob merita patrum, vel ipsorum filiorum computantur cum bonis castris de iure Lusitano, & non sunt conferenda. ibid.
4. Quid si simi empti pars pecunias. Quid si pater suis pecunias officium emit ad filium. ibid.
5. Quid si sibi emit, & postea ex noua licentia illud renuntiavit filio. ibid.
6. An quando pater sibi officium emit, & postea de licentia Regis illud filio renuntiat, conferendum sit.
7. Quid si pater à Rege, Dynasta, vel viro aliquo nobili, non pecunia, sed precibus officium obtinuit, & illud filio renuntiat, an tunc adducendum sit ad collationem.

Molina tom. 1. de iustit. diff. 243. §. ex hoc corollario. Probatur primo, quia hoc modo confertur dos data filio, vel filia ob matrimonium carnale, ut supra diximus: ergo & patrimonium datum filio ob sacros Ordines, & matrimonium spirituale, quod dignius est; procedit enim de uno ad aliud matrimonium argumentatio à fortiori, ut habetur in cap. inter corporalia. de translatione Episcop. Secundo, quia attento nostro iure Lusitano in nonis ordinat. ad lib. 4 tit. 97. initio. regula est generalis affirmativa, ut omnia, quæ pater, vel mater donauit filio, per quemcunque modum donata fuerint, sive sint mobilia, sive immobilia, ad collationem adducantur, nisi in casibus ibi exceptis; ibi autem non excipitur patrimonium hoc; ergo adducendum est, si filius voluerit partitionem ingredi cum aliis fratribus. Tertio, quia decretum Concilij Tridentini sess. 21. cap. 2. de reformat. non inducit absolutam obligationem non alienandi bona patrimonij, sed donec ordinati adepti fuerint beneficium Ecclesiasticum, vel aliunde habeant unde congruè ad personam Ecclesiasticaam sacris Ordinibus iniciatam sustentetur; ut ex illo in fine decreti patet. Ex quo sequitur posse filium clericum factos Ordines habentem spe consequendi maiorem hereditatem partitionem ingredi, afferendo ad illam patrimonium, non tamen ad id posse obligari à ceteris fratribus, & coheredibus, licet bona illi in patrimonium donata excedant legitimam, quam alioqui habiturus erat, & tertiam partis, vel mattis dotantis; licet enim hoc excedat, adhuc purat Vallascus inductus non posse cogi ad restituendum excessum, quia tunc obstat omnino decretum, & intentio Concilij Tridentini, Ne cum dedecore sacrorum Ordinum, cogantur mendicare, quod est valde notandum.

37. Neque obstat bona sic donata, censenda esse quasi castritia, ut dicamus, etiam de iure Lusitano, non posse conferri; siquidem de eodem iure bona donata ob militiam terrestrem, quasi castritia dicuntur, & ad collationem non adducuntur, & consequenter etiam, nec bona donata ob militiam celestem. Non obstat, inquam, quia attento etiam eodem iure Lusitano, non omnia, quæ donantur ob militiam temporalem, eximuntur à collatione, sed solum ea, quæ dantur filio non coniugato sub patria potestate constituto ad illius equitatum, Lusitanæ, ad illius *Caudaria*, quamvis sepiissime in bellum perget; vel filio coniugato ad effectum, ut eques evadat, ac fiat, iuxta ordinat. nouam lib. 4. tit. 97. num. 9. & nec tunc donantur absolute, sed cum obligacione, & limitatione quadam, ut tenantur ad collationem afferre si quid ex rebus mobilibus, aut immobilibus in eum finem donatis extraxerit, & quidquid in ea te insumptum non fuerit, & omnia, si probatum fuerit, omnia in eo fine, ad quem donata fuerint, non fuisse insumpta, quæ omnia latè probat Vallascus dict. trattat. de partit. cap. 13. à num 77. usque ad 78.

38. Ex dictis manifestè patet, non posse initiatos sacris Ordinibus, nec licet, nec validè vendere suum patrimonium sine licentia Episcopi antequam habent beneficium, aut aliunde unde congruè sustentari possint, ut constat ex eodem Concilio Tridentino dicta sess. 21. cap. 1. de reformat. Si tamen de facto quis suum patrimonium ad sacros Ordines donatum, ac dotatum vendat, aut alienet, sine licentia Episcopi, existimat Medina in summa verb. suspensio, §. 8. incurtere suspensionem, ultra quam illicitè, & invalidè alienauerit. Melius tamen Fumatius cap. 6. de sacramento Ordinis, num. 9. §. 4.

Fagundez de Institia, &c.

& Salzedo in practica, cap. 18. num. 19. negant talē suspensionem ab eo de facto incurri, quia nec ibi in Concilio, nec alibi in iure, talis suspensio inuenitur. Si verò vendat postquam beneficium haberet, aut congruam aliunde sustentationem ad decentiam factorum Ordinum, putat Ceualllos communis contra communem, quest. 527. posse id fieri licet, & validè sine licentia Episcopi, & citat Flaminium, & Azeuedo, probatque ex eo, quia in praesenti cessat finis, & intentio Concilij Tridentini, ne, scilicet, cogantur clericci cum dedecore factorum Ordinum mendicare, & cum Ceualllos consentit Toletus lib. 1. summe, cap. 48. num. 7. Non deberi autem gabellam ex divisione bonorum inter colaredes facta, nec de iure communii, nec de iure Castellæ, nec de iure Lusitano, probat latè & eruditè Reinosus observation. 21. num. 10. Et deinceps, ex multis, & multis iuribus, quæ opinio est communissima, & Molina Theolog. de iustit. tratt. 2. diff. 664 num. 11. vers. ego vero. Excipe, nisi post perfectam divisionem conueniant hæredes inter se, ut illotum aliquis alteri vendat partem suam, aut cum illo eam permutet. vide Molinam ibi, & Reynousim loco citato, pulchritè circa hanc rem discurrentes.

### CAPUT VIII.

Officia donata à patre, vel à Rege filiisfamilias, an ad collationem adducenda sint; & an impensa factæ à patre pro illis, à captiuitate, & delictis ac vinculis liberandis, & in peregrinatione illorum; & quatenus patres possint donare filiis vsumfructum bonorum aduentitorum.

1. *Quatenus liceat Principibus, vel non liceat, venditio officiorum Reipublice, remissio.*  
*An officia, que a Rege donantur filiisfamilias suorum vasallorum propter merita illorum, vel patrum adducenda sint ad collationem. ibid.*
2. *De iure Lusitano, non sunt afferenda ad collationem donationes, quæ Reges filiisfamilias faciunt in iure meritorum parum, aut ipsorum filiorum.*
3. *Numerantur varia officia.*  
*Officia à Rege, Regina, Dynastiæ, & à Camera Olyssiponensi data filiisfamilias ob merita patrum, vel ipsorum filiorum computantur cum bonis castris de iure Lusitano, & non sunt conferenda. ibid.*
4. *Quid si simi empti pars pecunias.*  
*Quid si pater suis pecunias officium emit ad filium. ibid.*  
*Quid si sibi emit, & postea ex noua licentia illud renuntiavit filio. ibid.*
5. *Si quando pater sibi officium emit, & postea de licentia Regis illud filio renuntiat, conferendum sit.*
6. *Quid si pater à Rege, Dynasta, vel viro aliquo nobili, non pecunia, sed precibus officium obtinuit, & illud filio renuntiat, an tunc adducendum sit ad collationem.*

## 292 De translat.dominij per donationem.

- Affirmant aliqui ; videtur contrarium dicendum.  
ibid. vers. nihilominus.
- 7 An tenentur filiosfamilias afferre ad collationem  
eas pecunias, quae patres illis dederunt ad priam  
aliquam peregrinationem, Romariam vocant  
Lusitani.
- 8 Quid de expensis factis pro redimendis filiosfami-  
liae à captivitate, liberandis à vinculis, vel à  
delicto aliquo, vel à pena illius, & quid de ex-  
pensis litis.
- 9 Quid si constet, velle patres, ut filiosfamilia id ac-  
cipiant in legitimam suam.
- 10 Quatenus patres possint donare, & remittere  
usumfructum bonorum aduentiorum filiosfa-  
milias.
- Vsusfructus istorum bonorum post mortem patris  
consolidatur cum dominio, & ad filios per-  
tinet. ibid.
- Si pater eos ususfructus collectos habet, & eos si-  
mul, vel per partes filiosfamilias donet, vel re-  
mittat, an sit valida talis donatio, & remissio.  
ibid. & n. 11.
- Et quid si ante collectionem eos illi donet. ibid.
- 11 An pater possit eam donationem postea ad libi-  
tum, vel ex causa renovare.
- 12 Quid dicendum de donatione, seu dimissione fru-  
ctuum facta à patre filiosfamilias bonorum pro-  
fectorum.
- 13 Quid quando pater filiosfamilias in vita sua tra-  
dit emphyteusim, an filius teneatur conferre  
fructus illius post mortem patris, & n. 15.
- 16 An, & quatenus valide sint remissiones, quas cre-  
ditores faciunt suis debitoribus, & quas condi-  
tiones requirant.

1. **V**ATENVS liceat, vel non liceat ven-  
dere officia publica, dicemus satis amplè  
lib. 5. de emps. & vendit. Nunc solùm in-  
quirimus in præsenti capite, an ea officia, quæ à  
Rege dantur filiosfamilias alicuius vasalli, aut  
subditi sui, vel propter merita patris, vel filiorum,  
adducenda sint quoad estimationem ad collatio-  
nem; & an id dicendum sit de aliis rebus, quæ à  
Rege, vel Regina illis in subsidium detis ad contra-  
hendum dantur.
2. Constat igitur ex nostro iure Lusitano in nouis  
ordinat. lib. 4. tit. 97. num. 10. non esse afferendas ad  
collationem donationes illas, quas Reges filiosfa-  
miliæ faciunt, sive intuitu, & ob merita patrum,  
sive filiorum. Nomine autem omnium donatio-  
num comprehenduntur etiam officia, & omnia  
subsidiæ ad matrimonium contrahendum filiosfa-  
miliæ data, veluti subsidiæ vitaliarum tensarum,  
& iurium, quæ à personis regiis, donantur, vt ibi-  
dem in nostris ordinationibus declaratur; & quam-  
vis in nostro iure Lusitano ibi non fiat expressa  
mentio de officiis, verba tamen, de quibus ordina-  
tio loquitur, sunt absolute, & generalia, sic enim ait,  
*Omnia beneficia, Lusitane, todas las merces, donaciōes,*  
que in illos contulerimus, subemus, ne ad collationem  
afferātur, vel in illorum legitimam cōputenur. Et hæc  
verba officia eriam, tensas, & iura comprehendunt,  
quod idem statuitur ibidem de beneficiis, hoc est,  
loquendo Lusitanæ, merees, tensis, & iuribus, subsi-  
diis, & officiis ipsis filiosfamilias factis à Dynastis,  
& viris perillustribus, sive ob merita paterna, &  
sintuitu meritorum patrum, sive filiorum. & addunt  
nostræ ordinationes ibi, volumus enim, ut prædictæ  
omnes donationes reputentur tanquam bona castræ  
& non habentes naturam bonorum profectorum.  
Bona autem castræ non veniunt ad collationem.

Incipiendo igitur ab officiis publicis, sciendum  
est illa aut eis donata à Rege, vel Regina, vel à  
viris nobilibus, atque Dynastis, vel empta à patri-  
bus, pecuniis paternis: aut fuisse ab aliquo preci-  
bus paternis acquisita, & postea Regis, vel donan-  
tis accedente licentia, & consensu filiosfamilias re-  
nunciata; nomine autem Dynastæ, & viri nobilis,  
venit etiam, vt notat Vallascus de partit. cap. 13.  
num. 19. post Tiraquellum, quem citat, officia à  
Camera Vlyssipponensi filiosfamilias data, quia li-  
cet Camera sit persona ficta, comprehenduntur tam-  
en sub illa generalitate, qua nostræ ordinationes  
loquuntur. ibi, vel à quibuscumque personis nobili-  
bus filiosfamilias data. Si igitur prædicta officia sint  
à Rege, vel Regina, vel à viris nobilibus, ac Dyna-  
stis filios data, sive ob merita patrum, sive ob meri-  
ta ipsorum filiorumfamilias, iam diximus non esse  
conferenda, quia computantur cum bonis castræ  
sibus, aut quasi castræsibus. & ita docet Vallascus  
in praxi de partit. cap. 13. num. 27. Molina tom. 1.  
de iust. disp. 231. §. deinde. Cabedo 1. p. decif. 115.  
Rebellus de obligat. iusfit. p. 2. lib. 1. q. 8. Caldas  
Pereira in L. eti curatore, verb. legis, num. 96. & de  
nominat. emphyteut. quest. 16. num. 6. & in Comment.  
ad §. sed hæc, part. 2. num. 19. Institut. de inofficiis te-  
stamento.

In secundo casu, hoc est, si sunt paternæ pecunia  
empta, aut sunt empta à patre filiosfamilias, aut sibi  
ipsi, & postea de noua licentia & consensu Regis  
renunciata filio. Si pater statim filiosfamilias offi-  
cium emit ex pecuniis paternis, conferendus est  
valor officij, & ad partitionem adducendus, quia  
defraudantur alij filii in legitima sua, in parte, &  
portione pecunia, qua emptum fuit prædictum  
officium, quæ per alios filios diuidenda erat. ita  
Gama decif. 29. n. 3. Vallascus de partit. cap. 13.  
num. 64. Covarto. lib. 3. variar. cap. 19. num. 4. in  
fine Bartolus ad l. 1. in fine ff. de iuris dict. omnia iu-  
dic. Antonius Gomez ad l. 29. Tauri num. 21. & alij  
communiter.

Si pater officium sibi emit, & postea obtenta  
noua licentia, & consensu Regis illud filiosfamilias  
renunciavit, an sit conferendum, nec ne, licet multi  
dubitent; tamen conferendum esse quoad estimationem,  
docet Gama decif. 29. num. 4. Vallascus ci-  
tatus num. 42. Fundamentum illorum est, (et optimū quidem,) quia illæ, qui sibi emit redditum an-  
num pro vita clementis ex pecunia communis, pre-  
mium ipsius redditus ad collationem confert, vt do-  
cer Baldus in l. omni modo §. imp. i. C. de inofficiis.  
testam. num. 3. & Bartolus in l. 1. §. nec castrense.  
num. 4. ff. de collat. bonorum ergo etiam, quando pa-  
ter, qui sibi officium emit ex pecunia, quæ filiosfa-  
miliæ communis erat, & postea accedente nouo  
consensu Regis illud in filium transluit, tenebitur  
filius ad collationem adducere estimationem illius  
pro tempore, quo illud pater emerat, alioqui mul-  
tum defraudarentur alij filii in legitimis, & si pa-  
ter nihil aliud haberet, quam pecuniam, quæ offi-  
cium emit, sequeretur, vt reliqui omnes filii sine  
legitima manerent, quod non est dicendum.

Nequo obstat, quod illa noua licentia, & ille  
nouus consensus Regis factus patri ad illud re-  
nuntiandum, & transferendum in filium, sit noua  
quædam concessio, quæ Rex officium illud de nouo  
concedit: officia autem concessa, & donata à Rege  
filiosfamilias, sive ob merita paterna, sive ob merita  
filiorum, non conferuntur, vt supra diximus ex no-  
stris ordinat. nouis. lib. 4. tit. 97. num. 10. & patet  
ex l. cum multa. de bonis, que liber. nam quod Re-  
gis autoritate fit, ipse Rex dicitur facere, & quod  
autio

authoritate illius donatur, ipse donat. *I.2. de veter. iure enucleand.* Non obstat, inquam, quia ea, quae à Rege gratuitè donantur, non debent ad collationem afferri, debent verò ea, quae pecunia empta sunt: at prefatum officium pecunia paterna fuit emptum, & sic dispositio nostri iuris Lusitani, & legis, *cum multa*, procedunt in donationibus gratuitis a Rege factis, non in donationibus pecunia coemptis, ita *Gama dicit. decif. 29. num. 4.* Deinde illa licentia, & concessio, seu consentus Regis, ut pater possit officium, quod sibi emit, in filium transferre, simpliciter, & absolutè, non est donatio, sed est licentia quedam ad transferendum officium emptum. Licet enim pater sua propria authoritate illud transferre non possit, tamen ea licentia non est simpliciter donatio gratuita, & liberalis, sed est quedam veluti conditio, sine qua non potest pater illud officium filio dare. Accedit, quia licentia Regis concessa parti ad illud transferendum in filium, semper intelligitur sine prajudicio aliorum fratum.

6. Sed quid si pater officium à Rege, vel à Dynasta aliquo, aut vito nobili, non pecunia, sed precibus obtineat? Respondent aliqui Doctores, perinde esse dicendum de officio à Rege, vel à Dynasta precibus impetrato, ac de officio pecunia coempto, ac proinde conferendum esse quoad estimationem, manente officio, vel dignitate officij, quae in se inuidibilis est, integra apud illum, quem pater ad illam nominavit. ita *Gama prefata decif. 29. num. 3.* Cynus, & Paulus Castrensis in *I. omnimodo* §. *imputari.* *C. de inofficiis. testamento.*, & est textus in *I. sed & si plures. §. in arrogato, ff. de vulgari, & pupillar. substit.* & ratio est, quia praedictæ preces subrogantur loco pecunia; par autem est conditio rei subrogata, ac rei, pro qua subrogatur; quapropter dicendum consequenter est, quod sicut officium pecunia patris filio emptum, quoad estimationem confertur, ita & officium assiduis precibus patris obtentum similiter confertur. Fundamentum adhuc sibi aslumit hæc opinio ex illo communi, ac vulgari dicto, *satis caro emitur, quod perit;* aut *satis carè emptum censetur, quod sati,* hoc est, multis precibus, petitur. Deinde, quia fauor ille, & gratia humana, qua per preces & supplicationes officium illud adeptum fuit, sunt res pretio estimabiles, & sic non sine pretio est emptum, quod per preces est adeptum. Hæc, & similia sunt argumenta, & fundamenta quibus Gama, Cynus, & Paulus suam stabiliunt sententiam.

Nihilominus ego illis non assento, & topica mihi videntur magis hæc fundamenta, quam firma, quia reuera hæc nulla pecunia, nulla bona interueniunt, quæ diuidenda sint inter alios fratres, & ad collationem adducenta, & solùm ob hanc præciam considerationem premium officij ad collationem adducitur, vt dictum manet, alioquin multum defraudarentur alii fratres, & cohæredes in suis legitimis, & unus haberet premium officij, & portionem sibi ex sua legitima contingentem, alii suam tantum suæ legitime portionem, & penè nihil, imd de facto nihil haberet, si nihil esset quod ad collationem venire possit præter premium tantum pecunia, quæ officium fuit emptum à patre. Præterea subrogatum induit naturam, & supplet naturam rei, pro qua subrogatur, quantum ad impletionem loci, & quantum ad supplendum effectum eius rei, pro qua subrogatur, non quantum ad satisfacionem patrum, preces enim, quæ loco pretij, & pecunia subrogata fuerunt, in se consideratæ, non

*Fagundez de Instituta, &c.*

sunt capaces ut inter alios fratres diuidantur, & ut illis damnum datum in legitimis reficiant. Adde, urbanom esse dictum ad significandum natuum pudorem, & verecundiam, qua aliquid pétitur, *satis emptum est*, quod precibus adeptum est; sicut etiam urbanè dicitur,

*Promissis dixer, quilibet esse potest.*

Quare ad nostrum intentum reficiendi damnum in legitima datum aliis fratribus, multum referr, an pecunia, an precibus acquisitum sit officium. Neque obstat textus in *I. falla, §. si heres ante, ff. ad Tiebellianum.* vbi probatur, nostra ea bona dici, quæ aliis nostra contemplatione, & precibus dantur, quia id intelligitur latissimo modo in ordine ad intentum nostrum. Tandem hæc animaduerendum est, Doctores, qui hanc questionem tractant, loqui de patre, qui propria pecunia officium emit, non de officio, quod pater precibus acquisiuit. Sed vrgibis, vbi primum pater illud precibus acquisiuit, statim incorporatum mansit in bonis paternis, atque adeò statim, quoad estimationem mansit diuibile inter fratres, quemadmodum & alia bona patris. Sed ad hoc facile responderi potest, non manere incorporatum inter bona patris, quemadmodum & alia bona patris; quia de aliis bonis potest patet liberè disponere sine licentia alicuius; de officio verò non potest absque licentia donatoris. Et ideo videntur mihi hæc rationes saltem reddere probabilem hanc partem, quæ docet officia adeptas, & acquisita precibus à patre, non esse quoad estimationem ad collationem afferenda, sed posse patrem in illis nominare filium, quem voluerit absque detrimento legitime alioquin, si ad id licentiam, & consensum à donatore obtinuerit.

7. Non tenentur filiis familiæ conferte ea, quæ parentes cum eis consumperunt, vel eis donarunt ad piam aliquam peregrinationem, *Romariam* vocant Lusitani, nec pro honesta aliqua recreatione, venatione, hastilio, & similibus pro qualitate personæ, ita patet ex nostra ordinatione *lib. 4. tit. 97.* Ratio est, quia hæc omnia pertinent ad alimenta competentia, ideoque etiam parentes non tenentur eas expensas in sumum tertium assumere: si tamen filii habeant aliqua bona propria, censenda sunt prædictæ expensæ fieri ex illis, ac proinde quod ita insumptum fuerit, tenentur filii conferre tunc cum aliis fratribus post mortem patrum. ita *Nauart. cap. 17. num. 160.* *Syluester verb. peculium, 2. quest. 8.* *Bartolus tractat. de duobus fratribus, & vnu. 16.*

8. Expensa etiam factæ à parentibus in tediumis filiis familias à captiuitate, liberandis à vinculis, vel à delicto aliquo, aut poena illius; & expensæ litis, & poenæ, in quæ pro delictis inciderunt, & quas patres suis expensis redemerunt, neque id etiam, in quo patres pacientes cum partibus conuenerunt, adducendæ sunt ad collationem. patet ex nostris ordinat. *lib. 4. tit. 97. num. 8.* docet *Vallascus de pariit. cap. 13. num. 176.* *Molina tom. 1. de insit. disp. 240.* & idem de iure communii dicendum esse, affirmant prefati Molina, Vallascus, & Syluester verb. *peculium 2. quest. 14.* *Nauartus cap. 17. n. 165.* *Antonius Gomez ad I. 29. Tauri, num. 19 & 20.* post *Battol. in I. Stichus, ff. de peculio legato.* Ratio est, quia hæc omnia videntur patres soluisse ex affectione, & pietate quadam naturali in filios familiæ, & non animo repetendi illa, iuxta textum in *I. liber captivus, C. de captiuis, & postlimin. reuer.* & iuxta hunc textum ita tener *Battolus in dicit. I. Stichus.* & *Angelus de Perusio in I. in quartam, ff. ad I. scindiam, col. 4. num. 6.* *Baldus in Authent. ex testam.*

reus, vel fructus illius. tenet enim tunc filius eos conferre, vel computare in suam legitimam, licet emphyteusis non fiet à patre empta, nec meliorata. Ratio est, quia tantumdem pater diminuit de substantia sua, quantumdem filius de prædicta emphyteusi consequitur, & tantumdem minus repetitur diuidendum inter alios fratres cum notabili illorum præiudicio. ita docet Bartolus in l. I. q. nec castrense. num 4 ff de cellar. bonorum, & est communis, vt ait Vallascus in praxi de partit. cap. 13. num. 126. patetque ex nostra lege Regia in nouis ordinat. lib. 4. tit. 97. §. 22. ibi, si pater in vita sua in dotem filiofamilias dederit ad nuptias predictam emphyteusim, tenebitur filius illam conferre, & ad collationem adducere, si voluerit cum alijs fratribus illam ingredi, vel valor ipsius emphyteusis in legitimam filii imputabitur secundam tempus, in quo es donata fuit.

15. Hec quidem procedunt de donatione emphyteusis cum traditione, non autem in simplici nominatione causa nuptiarum facta, vt post mortem patris emphyteusim filius, vel filia dotata acquirat, vt optimè animaduertit Vallascus proximè citatus, & colligitur ex verbis nostræ legis Lusitanæ allegatae, ibi, sed nominando pater tantummodo predictam emphyteusim, ut post mortem suam, illam filium, vel filia dotata possideat, nihil ad collationem ipsius afferetur.

16. Est etiam species quædam donationis, remissio debiti. Inquires ergo, an valida sit remissio, quam creditores faciunt suis debitoribus, & quas conditiones habere debeant, vt sit valida. Et vero, quod valida sit, si fiat ritè, ac rectè intra quantitatem, quam quis absque Regis, aut Principis insinuatione donare potest, non est dubitandum: quas vero conditiones habere debeant, vt sit valida, est dubium. De hac te in primis dico. Ut valida sit remissio, debet ex parte petentis illam fraudis, & dolus abesse, quia si adsit, remissio non est valida. v. c. si debitor fraudulenter minueret debitum, ex qua diminutione creditor moueretur ad remissionem faciendam, alias non facturis, si magnitudinem debiti sciret. Item, si debitor creditor significet, se non esse soluendo, cùm tamen verè possit soluere, & ea de causa creditor remittat, non excusabitur præfatus debitor à restitutione, cùm fraudis, & dolus nemini patrocinari debeat. ita Sayto in clavis regia. lib. 10. cap. 8. num. 6. Nauartus in summa Lat. cap. 17. à num. 75. Sylvestri verb. restitutio. 7. q. 2. & Toletus lib. 5. summa. cap. 26.

## CAPUT IX.

Quæ donatio, vt sit valida, insinuationem Principis requirat: soluuntur multa dubia circa hanc materiam: agitur de donatione iuramento firmata.

- 1 Quid sit insinuatio.
- 2 Donations omnes virorum sui iuris, que excedunt summam valoris trecentorum aureorum, inualida sunt quoad excessum, de iure Lusitano, si sine insinuatione fiant.
- Mulierum vero sui iuris, si excedunt centum, & quinquaginta aureos. ibid.
- 3 Quid de iure communi, & Castelle.

- Solidus quid hodie valens. ibid.
- 4 De iure communi, & Castelle non requiritur, vt donatio valeat, vt in illa decretum iudicis inferatur, sufficit, si iudex sit presens, quando fit.
- 5 Insinuatio ista, tam de iure communi, & Castelle, quam de iure Lusitano, vt valida sit donatio, solum requiritur in donationib[us] simpliciter gratuitis, & liberalibus.
- 6 Donatio ob piæ causas factaque Ecclesiis, pauperibus, & hospitalibus, non requirit insinuationem, etiam si hanc summam excedant.
- 7 Nec donatio ad redemptionem captiuorum, reparationem domorum, vel Ecclesie, vel loci p[ro]p[ri]etatis.
- 8 Quid de donatione remuneratoria, & generaliter donatio facta ob causam, insinuationem non requirit.
- 9 Donatio causa mortis eam non requirit.
- 10 Donationes reciprocae similiter eam non requirunt.
- Ad erectiones, & fundationes maioratum, ar[ea], & quomodo requirantur. ibid. §. collig. sexto.
- 11 Donatio facta à Principe alicui subdito, vel vasallo, si Princeps superiorum non agnoscat, non indiget insinuatione.
- 12 Nec donatio facta à Magistro militiae, seu generali suis militibus.
- 13 An ea donatio, que requirit insinuationem ad suum valorem, valida sit si iuramento confirmetur, & n. 14.
- 14 Quid si donatio absque insinuatione fieret, & postea petatur à Rege predicta insinuatio.
- 15 Insinuatio in donationibus renuntiari non potest. Idque quamvis in illa dicatur, tam donatorem, quam donatarium illi renuntiari. ibid.
- 16 Quid si quis in testamento donationis hanc clausulam addat, se nouam facere donationem de excessu summa in iure conceasse.
- 17 Quid si plures siant donationes ab uno donatore diversis donatariorib[us], sed uno, eodemque tempore, an plures dicenda sint, vel una tantum donatio.
- 18 Quid si diversis temporibus in diversis scripturis, ab una tamen donatore, & uni donatario fiat.
- 19 An requiratur insinuatio, quando aliquis donat quantitatem aliquam in singulos annos, que non excedit summam requirensem insinuationem, in duobus tamen annis excedit.
- 20 Virum remissio debitis facta à creditore debitori, si summam excedat, requirat insinuationem.
- 21 Quid de cessione certi iuris.
- 22 An in emptionibus, & venditionibus possit validè remitti excessu, aut defectu, quando excedit summam, que insinuationem requirit.
- 23 An hec donatio sit valida: Dono tibi orania mea bona, si testamentum meum renocaueris.
- 24 An valida sit donatio inter virum, & uxorem, quatenus excedit summam, que insinuationem non requirit, & n. 26.
- 25 An valida sit donatio inter virum, & uxorem, quatenus excedit summam, que insinuationem non requirit, & n. 26.
- 26 An ille excessus confirmetur morte donantis.
- 27 Virum donatarium, cui donatio sit sine insinuacione, retinere possit in conscientia excessum, an teneatur illum restituere donatori, & n. 29.

**N**SIN VATIQ est facultas, seu auctoritas Regis, vel Principis absoluti ad aliquid validè donandum, secundum Iulium Clarum lib. 4. sentent. arsum. §. donatio. quest. 15. n. 2. & vero licet hæc definitio, seu descriptio, congrua

Bb 4 non

reusum, vel fructus illius. tenet enim tunc filius eos conferre, vel computare in suam legitimam, licet emphyteusis non fiet à patre empta, nec meliorata. Ratio est, quia tantumdem pater diminuit de substantia sua, quantumdem filius de prædicta emphyteusi consequitur, & tantumdem minus repetitur diuidendum inter alios fratres cum notabili illorum præiudicio. ita docet Bartolus in l. I. q. nec castrense. num 4 ff de cellar. bonorum, & est communis, vt ait Vallascus in praxi de partit. cap. 13. num. 126. patetque ex nostra lege Regia in nouis ordinat. lib. 4. tit. 97. §. 22. ibi, si pater in vita sua in dotem filiofamilias dederit ad nuptias predictam emphyteusim, tenebitur filius illam conferre, & ad collationem adducere, si voluerit cum alijs fratribus illam ingredi, vel valor ipsius emphyteusis in legitimam filii imputabitur secundam tempus, in quo es donata fuit.

15. Hec quidem procedunt de donatione emphyteusis cum traditione, non autem in simplici nominatione causa nuptiarum facta, vt post mortem patris emphyteusim filius, vel filia dotata acquirat, vt optimè animaduertit Vallascus proximè citatus, & colligitur ex verbis nostræ legis Lusitanæ allegatae, ibi, sed nominando pater tantummodo predictam emphyteusim, ut post mortem suam, illam filium, vel filia dotata possideat, nihil ad collationem ipsius afferetur.

16. Est etiam species quædam donationis, remissio debiti. Inquires ergo, an valida sit remissio, quam creditores faciunt suis debitoribus, & quas conditiones habere debeant, vt sit valida. Et vero, quod valida sit, si fiat ritè, ac rectè intra quantitatem, quam quis absque Regis, aut Principis insinuatione donare potest, non est dubitandum: quas vero conditiones habere debeant, vt sit valida, est dubium. De hac te in primis dico. Ut valida sit remissio, debet ex parte petentis illam fraudis, & dolus abesse, quia si adsit, remissio non est valida. v. c. si debitor fraudulenter minueret debitum, ex qua diminutione creditor moueretur ad remissionem faciendam, alias non facturis, si magnitudinem debiti sciret. Item, si debitor creditor significet, se non esse soluendo, cum tamen verè possit soluere, & ea de causa creditor remittat, non excusabitur præfatus debitor à restitutione, cum fraudis, & dolus nemini patrocinari debeat. ita Sayto in clavis regia. lib. 10. cap. 8. num. 6. Nauartus in summa Lat. cap. 17. à num. 75. Sylvestri verb. restitutio. 7. q. 2. & Toletus lib. 5. summa. cap. 26.

## CAPUT IX.

Quæ donatio, vt sit valida, insinuationem Principis requirat: soluuntur multa dubia circa hanc materiam: agitur de donatione iuramento firmata.

- 1 Quid sit insinuatio.
- 2 Donations omnes virorum sui iuris, que excedunt summam valoris trecentorum aureorum, inualida sunt quoad excessum, de iure Lusitano, si sine insinuatione fiant.
- Mulierum vero sui iuris, si excedunt centum, & quinquaginta aureos. ibid.
- 3 Quid de iure communi, & Castelle.

- Solidus quid hodie valens. ibid.
- 4 De iure communi, & Castelle non requiritur, vt donatio valeat, vt in illa decretum iudicis inferatur, sufficit, si iudex sit presens, quando fit.
- 5 Insinuatio ista, tam de iure communi, & Castelle, quam de iure Lusitano, vt valida sit donatio, solum requiritur in donationib[us] simpliciter gratuitis, & liberalibus.
- 6 Donatio ob piæ causas factaque Ecclesiis, pauperibus, & hospitalibus, non requirit insinuationem, etiam si hanc summam excedant.
- 7 Nec donatio ad redemptionem captiuorum, reparationem domorum, vel Ecclesie, vel loci p[ro]p[ri]etatis.
- 8 Quid de donatione remuneratoria, & generaliter donatio facta ob causam, insinuationem non requirit.
- 9 Donatio causa mortis eam non requirit.
- 10 Donationes reciprocae similiter eam non requirunt.
- Ad erectiones, & fundationes maioratum, ar[ea], & quomodo requirantur. ibid. §. collig. sexto.
- 11 Donatio facta à Principe alicui subdito, vel vasallo, si Princeps superiorum non agnoscat, non indiget insinuatione.
- 12 Nec donatio facta à Magistro militiae, seu generali suis militibus.
- 13 An ea donatio, que requirit insinuationem ad suum valorem, valida sit si iuramento confirmetur, & n. 14.
- 14 Quid si donatio absque insinuatione fieret, & postea petatur à Rege predicta insinuatio.
- 15 Insinuatio in donationibus renuntiari non potest. Idque quamvis in illa dicatur, tam donatorem, quam donatarium illi renuntiari. ibid.
- 16 Quid si quis in testamento donationis hanc clausulam addat, se nouam facere donationem de excessu summa in iure conceasse.
- 17 Quid si plures siant donationes ab uno donatore diversis donatariorib[us], sed uno, eodemque tempore, an plures dicenda sint, vel una tantum donatio.
- 18 Quid si diversis temporibus in diversis scripturis, ab una tamen donatore, & uni donatario fiat.
- 19 An requiratur insinuatio, quando aliquis donat quantitatem aliquam in singulos annos, que non excedit summam requirenem insinuationem, in duobus tamen annis excedit.
- 20 Virum remissio debitis facta à creditore debitori, si summam excedat, requirat insinuationem.
- 21 Quid de cessione certi iuris.
- 22 An in emptionibus, & venditionibus possit validè remitti excessu, aut defectu, quando excedit summam, que insinuationem requirit.
- 23 An hec donatio sit valida: Dono tibi orania mea bona, si testamentum meum renocaueris.
- 24 An valida sit donatio inter virum, & uxorem, quatenus excedit summam, que insinuationem non requirit, & n. 26.
- 25 An valida sit donatio inter virum, & uxorem, quatenus excedit summam, que insinuationem non requirit, & n. 26.
- 26 An ille excessus confirmetur morte donantis.
- 27 Virum donatarium, cui donatio sit sine insinuacione, retinere possit in conscientia excessum, an teneatur illum restituere donatori, & n. 29.

**N**S IN V A T I O est facultas, seu autoritas Regis, vel Principis absoluti ad aliquid validè donandum, secundum Iulium Clarum lib. 4. sentent. arsum. §. donatio. quest. 15. n. 2. & vero licet hæc definitio, seu descriptio, congrua

## 296 De translat.dominij per donationem.

non sit, ut benè aduentunt idem Clarus, & Albericus in l. illud, post num. 2. C. de sacrosanctis Ecclesijs. vñus tamen eam recepit.

2. De iure tamen Lusitano in nonis ordinat. lib. 4. tit. 62. omnes donationes virorum sui iuris, rerum mobilium, & immobilium, quæ excedunt summam trecentorum aureorum, vel eorum valorem, inualidæ omnino sunt quoad excessum, si sine regia insinuatione fiant, vel Senatorum, quos vocant, do paxo. Donationes vero mulierum, sui iuris, Lusitanæ, qui viuano por sy, sine vidux, sive innuptæ, si excedant centum & quinquaginta aureos, inualide sunt similiter, quoad excessum. Huiusmodi autem insinuatione à Rege, vel à Senatoribus palatijs petitur postquam facta est donatio, & tunc Rex præcedente inquisitione donantis, an fecerit libere, an inductus arte aliqua, fallacia, vel fraude, metu, vel timore incarcerationis, vel aliquo monopolio, Lusitanæ colluso, solet, vel non solet confirmare talem donationem, prout constat ex suscepta informatione: datur autem huiusmodi informatio per cartam propriam specialem, Lusitanæ, Provisacio special, non solent tamen donationes factæ per mulieres confirmari per Senatores palatijs, vt constat ex lib. 1. nonis ordinat. tit. 3. §. 1. & ex lib. 4. tit. 62.
3. De iure communi, & Castellæ requiritur insinuatio, si donatio excedat quinquaginta solidos, alias similiter non valet pro excelli. faciunt autem hodie huiusmodi quinquaginta solidi estimacionem septingentorum scutorum istius temporis, vt notat Iulius Clarus lib. 4. sent. §. donatio. quest. 15. num. 1. ubi pro sua opinione citat Bellon. consil. 74. num. 22. Molina tamen tom. 2. de iustit. disp. 278. §. hac tamen, post longam disputationem reloluit hodie estimandos singulos solidos pretio antiquo quadringentorum octoginta maraudinorum æris, nemirum 485. maraudinorum. Fundamentum illius est, quia quando lege aliqua constitutus est valor aliquis, vel summa aliqua per expressionem aliquius monetæ, vt, quod soluantur tot solidi, tot scuta, tot ducatus, vel doblæ: seu, vt vendatur aliquid tot solidis, tot scutis, nihil mutatur de valore, & pretio monetæ antiquo.
4. Similiter de codem iure communi, & Castellæ non requiritur in insinuatione inclusio decreti iudicis, vel Principis, sed sufficit, vt prædicta donatio fiat in præsentia iudicis, vt insinuata dicatur, & non requiritur, vt fiat in loco iudicij, sed solummodo, vt fiat coram iudice, in quounque loco existente sui districtus, quia cum donatio pœdeat ex sola, & meta voluntate donantis, non opus est iudicis decretum, nec causæ cognitio, vt notat Iulius Clarus citatus num. 4. Nec de codem iure communi, & Castellæ distinctio aliqua est, quoad quantitatem inter donationem factam per virum, aut per fœminam sui iuris. De iure ergo communi, & Castellæ, vt donatio redigatur ad practicam, sufficit quod fiat scriptura donationis, & publicetur coram iudice, & vt postea registretur in actis, vt ait Iulius Clarus n. 3. docet Guido Papæ consil. 23. num. 11. Imola in cap. cum contingat, num. 9. de iuresur. Corneus consil. 36. lib. 3. & Molina tom. 2. de iustit. disp. 278. §. insinuatio. Potest etiam fieri comparente donatore, vel per suum procuratorem coram iudice, vt docent Molina citatus, & Gregorius Lopez lib. 9. tit. 4. part. 5. gloss. penultima, vbi dicunt ita semper seuatum fuisse in Prætoriis Castellæ, & alij communites.
5. Sed iam hic emergunt multa dubia.

Premum est, de quibus donationibus intelligatur, quod indigeant prædicta insinuatione, loquendo tam de iure Lusitano, quam de iure communi,

& Castellæ. Respondeo intelligi solummodo de donationibus mere gratuitis, & liberalibus profanis, non intelligi autem de donationibus remuneratorii, nec de donationibus factis Ecclesiæ, aut ob causas pias; nec de illis, quæ generaliter fiant ob aliquam, seu ex aliqua causa, etiamli causa sit de futuro. Hinc

Colliges primò, donationem ob pias causas, & donationem factam Ecclesiæ, hospitalibus, pauperibus, locis piis, nullam omnino requirere insinuationem, vt valida sit, etiamli cuiuscunque quantitatis si, validamque esse in ytroque foro soli, & poli absque prædicta insinuatione. ita Panormitanus in cap. relat. 1. de testam. num. 4. Felinus in cap. Ecclesia sancte Marie, de const. num. 82. Bartolus in l. illud, C. de sacrosanctis Ecclesijs. Sylvestri verb. donatio 1. quest. 4. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio, quest. 17. num. 1. Rebussus de privilegijs scholastic. priuileg. 64. Molina tom. 2. de iustit. disp. 279. §. his tamen nubl impedientibus. Ratio est, quia cum necessitas insinuationis proueniat ex dispositione iuriis ciuilis, non debet attendi, & considerari in præiudicium Ecclesiæ, & pax cause: in iis enim, quæ ad pias causas, & uniuersim ad supernaturalem finem salutis spectant, nulla constitutio principis secularis vim habere potest, aut præiudicium afferre spirituali bono, nisi quatenus a summo Pontifice fuerit approbata: eaque ratione legata, & testamenta condita ad pias causas valent, etiamli si in eis seruatæ non fuerint soleunitates iuriis ciuilis, vt definitum est in cap. relat. 1. de testam. Quare cum requisito, ac necessitas insinuationis iure ciuilis requisita alicue a summis Pontificibus approbata non fuerit, bonoque spirituali animatum præiudicium affectat, eo quod donationes pias, ac sanctas reddat inualidas, inde est, quod vim nullam habeat, & nullius roboris sit, non solum in foro conscientiae, sed etiam in foro externo.

Colliges secundò, donationem factam ad redempcionem captiuorum, & reparationem domorum, quæ vel tuina, vel incendio absumptæ sint, perierantque, & ad reparationem Ecclesiæ, vel alterius loci pij, nulla egere insinuatione, cuilibet sint quantitatis, dummodo si quid ex his operibus piis supererit, quod sit ultra summam, quæ insinuationem requirit, inualidum maneat, vt docet Molina tom. 2. de iustit. disp. 279. §. bac igitur ratione, & patet ex l. 9. tit. 4. part. 5. & ratio est, quia tunc nullum præiudicium sit bono spirituali anima per eam piam intento.

Colliges tertio, donationem remuneratoriam, & uniuersim loquendo, donationem ob causam, etiamli causa sit de futuro, insinuationem non requiri pro prædicto excessu. ita l. Aquilius, & glossa ibi, verb. non meram, ff. de donat. Bartolus ibi, Molina lib. 2. de primog. cap. 8. num. 15. Molina Theologus tom. 2. de iustit. disp. 279. §. donatio item remuneratoria. Iulius Clarus lib. 4. sent. §. donatio. quest. 2. num. 2. & quest. 16. num. 6. Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 4. num. 10. Gamma decis. 213. & 302. num. 6. & 348. num. 5. Probatur ex dicta l. Aquilius, vbi cum Aquilius Regulus suo præceptoris donasset, ac promisisset habitationem cuiusdam eternam, cumque post Aquiliij mortem heredes illius expellerent, respondit Papinianus, defendi posse expulsum, quia non fuit meta, & simplex donatio, sed remuneratoria officij magistri. Ratio vero propria huius rei est, quam attigit Molina Theolog. tom. 2. de iustit. disp. 281. quia cum donationes remuneratoriae non sint mere gratuitæ, & liberales, sed sint qualit

quasi compensationes debiri gratuiti, gratitudinique, & aequitatis, ideo nulla indigent insinuatione, nulla Principis auctoritate pro excessu taxato, modo tamen meritis, plus minusve, aequiparentur, ut supra diximus cap. 5. Proceditque hoc etiam de iure Lusitano, ut refert Gama, & patebit statim.

9. Colliges quartò, donationes causa mortis, etiam si p̄fata summa excedat, non egere tali insinuatione, ut valeant, sed esse ex se validas. ita habetur in l. ultima. C. de donat. causa mortis. docet Molina tom. 2. de iustit. disp. 279. §. denique donatio. quod etiam locum habet de iure Lusitano, ut docet idem Molina ubi supra. §. dubium circa. Gama decif. 213. & 302. quia licet ordinatio nostra noua lib. 4. tit. 62. afferat omnes donationes tam mobilium, quam immobilium bonorum, quae estimationem excedunt trecentorum aureorum, sint approbatæ per nos, vel per nostros Palatij Senatores, alias non valeant nisi usque ad p̄dictam quantitatem: quibus verbis tam absolutis videntur comprehendendi donationes causa mortis, & uniuersim omnes donationes ob quamecumque causam factæ; generalissimè enim loquitur lex; tamen, ut notant Gama, & Molina citati, debet ista ordinatio exponi per ius commune, & antiquum, non enim uniuersalitas ista intelligenda est de omnibus speciebus donationum, & de omnibus modis illarum, sed tantum de donationibus inter viuos liberalibus, iuxta ius commune, neque enim credendum est ordinationem Lusitanam voluisse per illa verba derogare tot turibus, & tot Doctorum opinionibus, ut benè animaduertit Molina citatus.

10. Colliges quintò, donationes reciprocas non requirere etiam insinuationem, l. finali, & Auth. ibi posita. C. de donat. ante nupt. & l. finali, in princ. C. de iure dotum, glossa in l. Aquilini, ff. de donat. Est autem donatio reciproca, quando aliquid dono tibi, ut tu mihi vicissim aliquid concedas; quod vel fieri potest cum pacto antecedenti, quæ donatio non indiget insinuatione, quia donatio proprie dici non potest, sit enim ob causam, & potius est contractus utrumque onerosus, quam donatio liberalis, ut docet glossa in l. liceat. C. de pactu. verb. moris causa communiter approbata. Molina tom. 2. de iustit. disp. 279. §. in donatione reciproca. Mascarodus de probat. lib. 1. concil. 554. num. 81. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio. q. 16. num. 5. & q. 2. n. 2. ad quem se remittit. Si vero antecedat donatio aliqua, sed sine pacto aliquo reciprocandi illam, & postea sequatur alia donatio ex parte donatarij, qui primam accepit, & sit maioris summæ, quam fuerit prima, quam accepit, censebitur remuneratior usque ad quantitatem precedentis donationis acceptæ, & non indigebit insinuatione: quo ad incrementum vero, & excessum primæ præcedentis, indigebit illa, ut ait Molina allegatus. Semper tamen præsumitur in foro externo fieri donationem reciprocam cum pacto de retribuendo, cum aliquid das, & aliud accipis, ut docet Bartolus in l. donis. ff. soluto matrimonio. num. 6.

Colliges sextò, quando maioratus dotis, aut nuptiarum causa instituitur, vel quando ex facultate Regis erigitur, non opus esse Regis insinuatione, & facultate. Tum, quia Regis facultas vim insinuationis habet, ut bene obseruat Molina lib. 2. de primis. cap. 8. num. 19. quem approbat alter Molina statim allegandus. Tum, quia, si in dote, aut in donationem causa nuptiarum instituitur, iam sit ob causam, & donatio ob causam non indiget insinuatione, ut diximus num. 8.

Denique, quia quando absque Regis facultate

majoratus instituuntur, non requiritur Regis insinuatione ad eam institutionem, ut doctè animaduertit Molina de primis. lib. 2. cap. 8. num. 15. quia vocati ad successionem maioratum grauantur, ut maioratum reddant post mortem successoribus suis vocatis à primo institutore, & ut retineant agnomen, & insignia institutorum gerant, ob quæ onera talis institutio contractus potius quam donatione censerit debet: & tandem quia solent institutores maioratum ad conservandam memoriam suam, suæque familie, alia onera successoribus apponere, que ipsi iudicant ad eam rem forte necessaria. Rursus, quia ea bona relinquuntur successoribus vinculata, sine facultate ea alienandi, & sic magis contractus, ut dixi, dici potest, quam simplex, & liberalis donatio.

Ex quibus colliges septimò, donationem factam à Principe, qui superiorum non agnoscit, alicui priuato vasallo, & iam si non sit ad plam causam, insinuatione non indigere, quantæcumque quantitatis sit, quia censetur ipse dispensare in lege insinuationis. constat ex l. sancimoni. §. exceptis. C. de donat. & l. 9. tit. 4. part. 5. & idem de iure Lusitano in veteribus ordinat. tit. 54. §. ultimo. Idem etiam est de donationibus factis à priuatis Principi, ut habetur in Authem. ut non sicut pignorat. §. ultimo, docet Molina disp. 279. §. donatio facta ab eo Principe. tom. 2. de iustitia.

11.

Ex priuilegio etiam particulari valida est donatione facta à Magistro militiae, id est, a generali ipsis militibus de rebus mobilibus, siue id fiat de propriis bonis ipsis, siue de hostium spoliis, siue milites in belli occupatione versentur, siue non versentur, cuiuscumque sit quantitatis, absque insinuatione. ita habetur in l. penult. C. de donat. & docet Molina tom. 2. de iustit. disp. 279. §. donatio à Magistro. & hoc procedit etiam in Lusitania, quia in Lusitania, ubi nihil disponunt nostræ ordinaciones, sequitur ius commune, & nihil illa disponunt in hac re.

12.

Exurgunt huc multa dubia.

Primum est, an valida sit donatio si iuramento confirmetur absque insinuatione quoad excessum summae concessæ, ita ut iuramentum suppleat defectum insinuationis. hæc questio solum habere potest locum in iure communi, & Castellæ, non vero in Lusitania, quia in Lusitania si iuramentum sine Regis facultate, apponatur in aliquo contractu, promissione, donatione, conuentione, aut distractu, non solum eo ipso tale iuramentum est nullum, sed etiam contractus ipse, cui affigitur, licet alioqui sine iuramento sit validus, redditur invalidus, ut sèpè diximus, & patet ex nostris ordinationibus nouis lib. 4. tit. 70. num. 1. ac proinde si apponetur donationi, invalida, & nulla redderetur, non solum quoad excessum, sed etiam quoad suminam infra excessum, insinuationem non requirentem, ut benè notat Molina tom. 2. de iustit. disp. 278. §. consultò autem.

13.

Loquendo vero de iure communi, & Castellæ, statuo, supplere, & hec est hodie communior, & receptior opinio Inristarum. ita latissimè Iulius Clarus lib. 4. sent. §. donatio. quæst. 13. Antonius Gomezius tom. 1. variar. cap. 4. num. 8. Gutierrez de iuramento confirmator. part. 1. cap. 7. num. 2. Molina tom. 2. de iustit. disp. 278. §. dubium etiam est. fol. 156. Sylvestris verb. donatio. 1. quæst. 6. Decius consil. 336. num. 14. Parisius consil. 33. n. 45. lib. 3. Coeneus lib. 1. consil. 121. litera L. & consil. 186. litera H. lib. 2. & hec, ut dixi, est verior, & receptior sententia, & pro ea, præter Authores allegatos

14.

## 298 De translat. dominij per donationem.

tos, citat Iulius Clarus num. 2. viginti & unum Doctores. Fundamentum illorum est, quia virtus iuramenti est maxima, ideoque semper est seruandum in omnibus casibus, in quibus seruari potest sine detrimento, ac dispendio salutis eternae iurantis, ut latè probauimus lib. 1. de contract. in genere, ubi egimus de contractibus iuramento firmatis. Licet contraria opinio sit valde probabilis, quæ asserit donationem iuramento firmatam, si excedat summam prohibitam, egere adhuc Principis insinuatione, ut valeat, & per virtutem iuramenti non suppleri Regis insinuationem, quia sequeretur maximum praetudicium Principibus; iuramentum enim illorum leges derogaret, & consequenter illorum potestatem ad validas leges condendas, ab illis auferret, & iuramentum in praetudicium tertij factum nec obligat, nec seruari potest sine dispendio proprie salutis, hanc tenet Baldus in l. illud, num. 9. C. de sacro sanctis Ecclesijs. ubi expressè docet, donationem non insinuatam, non confirmari, nec valere appositione iuramenti. Barbat. consil. 16. col. 10. lib. 2. & consil. 52. lib. 4. Curtius senior consil. 66. in fine. Socinus consil. 77. circa finem lib. 1. & alij. Nec fundamentum istud est firmum; ea enim illusio iurium Principum sequitur valde per accidens, & valde per accidens tollit eorum iurisdictionem, ac potestas legis lativa; quod enim intendunt partes iuramentum apponentes, non est illudere ius Regium, sed est, firmare suum contractum, & stabilitate suam voluntatem interponit in te ex natura sua, & iure naturali licita, licet alioqui sit prohibita per leges Principis, & solum sit illicita, quia prohibita.

**15.** Si tamen donatio excedens summam ad valorem donationis à iure iuramentum primò fieret, & post aliquos dies peteretur insinatio à Rege, & illam concederet, & consequenter etiam illa post aliquos dies iuramento confirmaretur, addubitant aliqui Doctores, an illa concessio insinuationis, & illud iuramentum postea additum retrotrahatur ad tempus, quo facta fuit donatio, illamque validam reddat? Negat Menochius consil. 291. sub num. 1. ubi alios adducit, assertentes, insinuationem deinde subsequitam non retrotrahi ad tempus factæ donationis, præterim in praetudicium eorum, quibus medio tempore ius acquisitum fuit. Ego huic opinioni adhæco, si sequatur huiusmodi praetudicium; quando verò nullum sequitur praetudicium alicui tertio, non video, cur insinatio de consensu virtusque postea impetrata, & subsecuta, & iuramentum postea de eodem consensu positum, retrotrahi non possit: erat enim illa donatio quoad excessum solum inualida ex defectu iuramenti, & ex defectu prædictæ insinuationis; quare si de novo accederat, & de consensu virtusque petatur à Rege prædicta insinatio, de eodemque consensu iuramentum de novo apponatur, non video, cur de novo non ratificetur contractus antea nulliter factus, cum de novo consensu partium ratificetur, ac proinde non video cur non retrotrahatur insinatio noua, & nouum iuramentum. Neque hic militat regula illa iuris, *Quod à principio fuit inualidum, nunquam postea conualefecit;* quia id non procedit, quando contractus ex defectu consensus partium est inualidus, sed tantum, quando fuit inualidus ex defectu solemnitatis substantialis iuris, ut dictum alibi manet. Instabis, solennitas, quæ defuit ad validitatem donationis, erat solennitas iuris, nimirum Principis insinatio? Respondeo, defuisse à principio, non deesse de præsenti, ex consensu partium petitam, & ex eodem consensu ad contractum præteritum ex-

tensam, & ideo de consensu partium supposita noua insinuatione validati contractum donationis à principio inualidum.

**16.** Præfata insinuatio renuntiari non potest de consensu partium, donatoris, scilicet, & donatarij, quamvis in instrumento donationis donator asserat, se prædictæ insinuationi libenter, & nemine cogente renuntiate: ut docet Molina tom. 2. de inst. diff. 278. §. insinuationi. Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 4. num. 7. Gabriel Monterozo tract. 7. fol. 116. col. 2. Ratio est, primo, quia legi inducenti solemnitatem aliquam tanquam formam actus, ut actus sit validus, non potest renuntiari, argumento *l. nemo potest, ff. de legatis 1.* talis autem est lex requiriens insinuationem. Secundo, quia alioquin fraudulenta renuntiatio, hoc est, extorta fraude, vallet, & consequenter valeret etiam fraudulenta donatio, quia qua fraude, metu, & vi, aut dolo cogeretur quis ad renunciandum, cogeretur etiam ad donandum; sed donatio facta per metum & fraudem est nulla: ergo & renupciatio. Terriò, quia patrum priuatorum non potest officere dispositionem iuris ob bonum commune inducere, ut patet ex cap. si diligenter, de foro competenti, & tradunt Doctores ibi. Dispositio autem iuris communis requirentis insinuationem ad valorem donationis excedentis summam iure permittam, est inducta ob bonum commune, ne depauperentur ciues: ergo priuati homines tali dispositioni renuntiare non possunt.

**17.** Secundum dubium est, quid, si quis in instrumento donationis ad eludendam dispositionem legis, apponat clausulam, qua dicat, scilicet, si forte sua donatio excedat summam de iure concessam, non tam facere donationem eiusdem excessus eidem donatatio, valida ne erit illa clausula, & valida duplicata donatio facta eidem donatatio: Respondeo, non esse validam, quia talis cautela apposita esset tunc in fraudem legis, ut bene animaduerit, & probat Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 4. num. 7. Molina tom. 2. de iustit. diff. 278. §. dubium est, si quis. Gama decif. 110. num. 34. & decif. 381. num. 5. Couar. lib. 2. variar. cap. 16. post num. 4. l. sancimus, §. 1. C. de donat. quia alioquin facile eluderentur leges, apponendo contractibus malitiosas, dolosaque clausulas, ut pater; quare tales clausulas pro non appositis censenda sunt.

Idem dicendum est, quando donantur plures res, & plures donationes fiunt, uno, eodemque tempore, & instrumento vni donatatio, quia tunc considerantur omnes illæ donationes tanquam una ad extinguendam insinuationem, unde si omnes simul sumptu excedant summam iure permittam, erunt singulæ donationes inualidæ, quoad excessum, licet unaquæque donatio in se sumpta non excedat eam summam. Ratio est, quia ratione temporis, instrumenti, & personæ, cui sunt donationes, omnes vniuntur in una, & quia hic non habetur ratio donatariorum, sed donantis, ne vi, arte, & dolo depauperetur, cui lex prouidere voluit. ita Gama decif. 381. num. 5. Baldus in dicta l. sancimus, §. si quis autem, C. de donat.

**18.** Idem quoque similiter dicendum est, licet sint plures donatarij, & plures res, si donationes sunt uno, & eodem tempore, & una scriptura ab uno donatore, similiter enim dicentur omnes illæ donationes una donatio in ordine ad donatorem, & erit inualida, quoad excessum, si omnes simul sumptu excedant summam iure concessam, nisi sunt cum insinuatione, quia licet sint diversi donatarij, & diversæ res, & ex hoc plures videantur donationes;

# 300 De translat.dominij per donationem.

tibi, vel facio tibi donationem mei equi, vel agri, qui est in tali parte, quia quatuor hæc verba resolvantur in simplicem promissionem, si quidem actus non est facta realis traditio rei donatae; tamen ex intentione donantis indicant per accidens non fieri, ratione absentia rei; ex voluntate tamen donantis facta saltem traditione fieri.

27. Animaduertunt tamen nonnulli Doctores, & bene, non valere quidem donationem inter vitum, & uxorem excedentem summam in iure permisam, factam absque insinuatione, nec confirmari morte coniugis donantis, ex vi donationis, & in figura donationis; sustineri tamen posse, & valere, ex vi, & in figura reliqui, & legati. ita docet Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. quest. 9. num. 6. dummodo tamen præcedat traditio vera, vel facta. Si tamen sustineatur ex vi legati (de quo valde dubito) nō opus est, ut aliqua præcedat traditio, meo indicio, vera, vel facta, quia legatum, quantum ex nomine coniugi potest, nullam supponit traditionem: donatione vero actualem traditionem, ex vi nominis supponit, & inducit; sustinebitur tamen morte coniugis donantis ex vi legati, si in instrumento donationis addat coniux donans, se velle, ut si non possit valere tanquam donatione, valeat omni meliori modo, quo in iure potuerit. ita idem Iulius Clarus dict. lib. 4. sent. 6. donat. quest. 17. num. 3. ad marg. in additionibus littera B. in fine.

28. Sextum dubium est, utrum donatarius, cui ultra quantitatem, quæ insinuationem requirit, aliquid donatur, retinere possit in conscientia excessum, antequam ab eo in iudicio petatur? & negandum videbitur alicut, quia retinet contra legem iustitiam, & quia non poterat validè recipere, eo quod lex, & ius eam donationem nullam declarat, & reddit donatarios antecedenter inhabiles ad acceptandum, & recipiendum validè: ergo & ad retinendum, qui enim accipere non potest, non potest etiam retinere. Nihilominus affirmandum est, quia seclusa lege, quæ ad valorem donationis requirit insinuationem, donatio ipsa in se considerata, valida est, & ex sua natura est translativa dominij in donatarium; quare sitalis lex non daretur, valet et prefata donatione, atqui ea lex non maiorem vim habet hodie, quam in usu est recepta: in usu autem, nullus unquam quantumvis timoratus sit, donatoti excessum restituit, vel haeredibus illius, nisi prius in iudicio proberet, quod donatione insinuata non fuerit; quamobrem cum hoc in consuetudine præscriptum sit, quatuor alia fuerit intentio legislatorum, non maiorem vim habebit, quam ut donatarius teneatur restituere excessum, si ab eo per iudicis sententiam in iudicio repetatur. & forte etiam nihil plus legislatores intenderunt, quam quod in usu est, quia id satis erat, ut communis bono faneatur: ita docet Molina tom. 2. de iustit. disp. 278. §. finalis.

29. Neque obstat, si dicas, hanc legem non esse penalem, ut statuatur requiri prius sententiam iudicis ad hanc restitutionem excessus faciendam, quia licet sit directiva, ita usus illam interpretatus est. Non obstat etiam si dicatur legem illam fundari in præsumptione, quod tam ingens donatione, vel fraude, vel vi, metu, & arte fuerit extorta; quia tunc non solum excessus esset multus, sed etiam tota donatione, cum tamen lex ipsa contrarium statuat, & dicat solum excessum esse nullum.

## CAPUT X.

An donatione omnium bonorum, præsentium, & futurorum, sit valida: & quid si fiat Ecclesiæ; quid de donatione omnium bonorum tantum. quid denique si donator aliquid sibi reseruauerit?

1. *Donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, tota, & in solidum est prohibita, & invalida, & num. 2.*
3. *An etiam donatione omnium bonorum præsentium tantum, sit invalida? Parvula est opinio. Prima negat. ibid.*
4. *Secunda affirmat. Prima est probabilius.*
5. *Quid de donatione omnium bonorum, mobilium, & immobilium, an sit valida, an invalida; & quid nomine omnium bonorum immobilium, & mobilium intelligatur.*
6. *An donatione omnium bonorum, præsentium, & futurorum facta causa mortis sit valida.*
7. *Donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, in qua donator sibi reseruat usumfructum, vel aliquid de quo testari possit, valida est.*
8. *Quid si iste usumfructus, quem donator sibi reseruat, tam modicus sit, ut non sufficiat ad sustentationem illius.*
9. *Donatio hereditatis facta alicui, an sit valida, & quid nomine hereditatis intelligatur.*
10. *An donatione hereditatis, & donatione omnium bonorum, præsentium, & futurorum valida sit, si fiat Ecclesiæ, vel loco pio.*
11. *An donatione totius hereditatis, vel omnium bonorum suorum quam duo fratres sibi ad inuicem faciunt fauore agnationis sit valida.*
12. *Donationes omnium bonorum præsentium, & futurorum facta ob causam onerosam matrimonij, translationis, an validæ sint?*
13. *An confirmatione Principis possint donationes ha liberales habere firmatatem.*

**H**æc quæstio ad quantitatem spectat, quam quisque sui iuris validè donare potest absque insinuatione, & ideo illam hic apponimus, ut tota huius materia tractatio plenè, & perfectè procedat.

Staruo ergo primò. *Donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum prohibita & invalida omnino est, tota, & in solidum.* ita Doctores communiter. Bartolus in l. *stipulatio* hoc modo concepsa, ff. de verbis, oblig. & in l. ultim. C. de pass. Raynoso obsernat. 41. num. 1. cum multis quos sequitur Gutiérrez de iuramento confirmatorio. cap. 11. num. 2. Gama decif. 206. num. 3. Baldus, & Alexander ibi. Molina tom. 2. de iustit. disp. 280. §. donatio 1. Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio quest. 19. num. 7. & alij, quos ipsi producunt. patet ex l. ex eo, C. de imutis stipulat. Ratio illorum est, quia per donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorum, manet quis intestabilis ex defectu bonorum, quam postatem testandi, sibi quisque adimere non potest, cum sit de iure gentium, & proxima iuri naturali. Patet denique de iure Lusitano in nouis ordinib. lib. 4. tit. 70. §. 3.

An

# 300 De translat.dominij per donationem.

tibi, vel facio tibi donationem mei equi, vel agri, qui est in tali parte, quia quatuor hæc verba resolvantur in simplicem promissionem, si quidem actus non est facta realis traditio rei donatae; tamen ex intentione donantis indicant per accidens non fieri, ratione absentie rei; ex voluntate tamen donantis facta saltem traditione fieri.

27. An inaduerunt tamen nonnulli Doctores, & bene, non valere quidem donationem inter vitum, & uxorem excedentem summam in iure permisam, factam absque insinuatione, nec confirmari morte coniugis donantis, ex vi donationis, & in figura donationis; sustineri tamen posse, & valere, ex vi, & in figura reliqui, & legati. ita docet Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. quest. 9. num. 6. dummodo tamen præcedat traditio vera, vel facta. Si tamen sustineatur ex vi legati (de quo valde dubito) nō opus est, ut aliqua præcedat traditio, meo indicio, vera, vel facta, quia legatum, quantum ex nomine coniugi potest, nullam supponit traditionem: donatione vero actualem traditionem, ex vi nominis supponit, & inducit; sustinebitur tamen morte coniugis donantis ex vi legati, si in instrumento donationis addat coniux donans, se velle, ut si non possit valere tanquam donatione, valeat omni meliori modo, quo in iure potuerit. ita idem Iulius Clarus dict. lib. 4. sent. 6. donat. quest. 17. num. 3. ad marg. in additionibus littera B. in fine.

28. Sextum dubium est, utrum donatarius, cui ultra quantitatem, quæ insinuationem requirit, aliquid donatur, retinere possit in conscientia excessum, antequam ab eo in iudicio petatur? & negandum videbitur alicut, quia retinet contra legem iustitiae, & quia non poterat validè recipere, eo quod lex, & ius eam donationem nullam declarat, & reddit donatarios antecedenter inhabiles ad acceptandum, & recipiendum validè: ergo & ad retinendum, qui enim accipere non potest, non potest etiam retinere. Nihilominus affirmandum est, quia seclusa lege, quæ ad valorem donationis requirit insinuationem, donatio ipsa in se considerata, valida est, & ex sua natura est translativa dominij in donatarium; quare sitalis lex non daretur, valet et prefata donatione, atqui ea lex non maiorem vim habet hodie, quam in usu est recepta: in usu autem, nullus unquam quantumvis timoratus sit, donatoti excessum restituit, vel haeredibus illius, nisi prius in iudicio proberet, quod donatione insinuata non fuerit; quamobrem cum hoc in consuetudine præscriptum sit, quamvis alia fuerit intentio legislatorum, non maiorem vim habebit, quam ut donatarius teneatur restituere excessum, si ab eo per iudicis sententiam in iudicio repetatur. & forte etiam nihil plus legislatores intenderunt, quam quod in usu est, quia id satis erat, ut communis bono faneatur: ita docet Molina tom. 2. de iustit. disp. 278. §. finalis.

29. Neque obstat, si dicas, hanc legem non esse penalem, ut statuatur requiri prius sententiam iudicis ad hanc restitutionem excessus faciendam, quia licet sit directiva, ita usus illam interpretatus est. Non obstat etiam si dicatur legem illam fundari in præsumptione, quod tam ingens donatione, vel fraude, vel vi, metu, & arte fuerit extorta; quia tunc non solum excessus esset multus, sed etiam tota donatione, cum tamen lex ipsa contrarium statuat, & dicat solum excessum esse nullum.

## CAPUT X.

An donatione omnium bonorum, præsentium, & futurorum, sit valida: & quid si fiat Ecclesiæ; quid de donatione omnium bonorum tantum. quid denique si donator aliquid sibi reseruauerit?

1. *Donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, tota, & in solidum est prohibita, & invalida, & num. 2.*
3. *An etiam donatione omnium bonorum præsentium tantum, sit invalida? Parvula est opinio. Prima negat. ibid.*
4. *Secunda affirmat. Prima est probabilius.*
5. *Quid de donatione omnium bonorum, mobilium, & immobilium, an sit valida, an invalida; & quid nomine omnium bonorum immobilium, & mobilium intelligatur.*
6. *An donatione omnium bonorum, præsentium, & futurorum facta causa mortis sit valida.*
7. *Donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, in qua donator sibi reseruat usumfructum, vel aliquid de quo testari possit, valida est.*
8. *Quid si iste usumfructus, quem donator sibi reseruat, tam modicus sit, ut non sufficiat ad sustentationem illius.*
9. *Donatio hereditatis facta alicui, an sit valida, & quid nomine hereditatis intelligatur.*
10. *An donatione hereditatis, & donatione omnium bonorum, præsentium, & futurorum valida sit, si fiat Ecclesiæ, vel loco pio.*
11. *An donatione totius hereditatis, vel omnium bonorum suorum quam duo fratres sibi ad inuicem faciunt fauore agnationis sit valida.*
12. *Donationes omnium bonorum præsentium, & futurorum facta ob causam onerosam matrimonii, translationis, an validæ sint?*
13. *An confirmatione Principis possint donationes ha liberales habere firmatatem.*

**H**æc quæstio ad quantitatem spectat, quam quisque sui iuris validè donare potest absque insinuatione, & ideo illam hic apponimus, ut tota huius materia tractatio plenè, & perfectè procedat.

Staruo ergo primò. *Donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum prohibita & invalida omnino est, tota, & in solidum.* ita Doctores communiter. Bartolus in l. *stipulatio* hoc modo concepsa, ff. de verbis, oblig. & in l. ultim. C. de pass. Raynoso obsernat. 41. num. 1. cum multis quos sequitur Gutiérrez de iuramento confirmatorio. cap. 11. num. 2. Gama decif. 206. num. 3. Baldus, & Alexander ibi. Molina tom. 2. de iustit. disp. 280. §. donatio 1. Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio quest. 19. num. 7. & alij, quos ipsi producunt. patet ex l. ex eo, C. de imutis stipulat. Ratio illorum est, quia per donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorum, manet quis intestabilis ex defectu bonorum, quam postatem testandi, sibi quisque adimere non potest, cum sit de iure gentium, & proxima iuri naturali. Patet denique de iure Lusitano in nouis ordinib. lib. 4. tit. 70. §. 3.

An

## 302 De translat.dominij per donationem.

- modi fructus reseruauit sibi, ab intestato moriarunt, & fructus aliquos viatos habeat, huiusmodi fructus vieti, & extantes, ad heredes illius, qui ab intestato discesserit, spectant, non ad donatarium, nisi ipse quoque sit heres, ut benè notat Molina Theologus citatus. Quod multo magis procedit, vbi donator sibi usumfructum reseruauit cum facultate expressa disponendi de illo tam inter viuos, quam per ultimam voluntatem.
8. Quando tamen ususfructus, quem donator reseruauit, tam modicus fuerit, ut non sufficiat ad competentem sustentationem donantis, vel derrata competenti sustentatione illius, tam modicum remaneret, ut pro nihilo id sit ducendum, tunc quidem inualida foret donatio, quia tunc habita ratione bonorum, non censeretur ei manere facultas testandi, quod iudicabit prudens. ita Couartuicias lib. 3. variar. cap. 12. num. 3. Gutierrez de iuram. confirmat. cap. 11. num. 14. Molina de primog. lib. 2. cap. 10. num. 25. & noster Molina tom. 2. de iustit. disp. 280. §. quando autem.
9. Donatio hereditatis facta alicui inualida est, quia nomine hereditatis comprehenduntur omnia bona, que tempore mortis donator haberet, & ideo perinde est, donationem hereditatis suae alteri facere, ac ei omnia bona sua praesentia, atque futura donare. ita Bartolus ad l. ultimam, C. de pactis. Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio quest. 19 num. 6. Gutierrez de iuram. confirmat. cap. 11. num. 4. Molina tom. 2. de iustit. disp. 280. 6. dubium est. Quamobrem non est audiendus Bartolus, qui sibi contrarius contrarium docet ad l. questum est, 5. penult. ff. de legat. 1. affirmans esse validam, quia per hereditatem solum censemur donata bona omnia praesentia, non futura. & idem censuit Parpuratus in l. ultima. C. de pactis. Primum tamen videtur verius; & quamvis hoc secundum esset spectata iuris communis dispositione validum, inualidum tamen esset de iure Castellæ, quia de iure Castellæ inualida est donatio omnium bonorum praesentium, ut probat latè Molina Theologus disp. citata.
10. Major dubitatio est, an donatio hereditatis, & donatio omnium bonorum praesentium, & futurorum, valida sit, si fiat Ecclesiæ, vel loco pio? Cui respondentem est affirmatiuè, ex textu in l. iubemus 2. vers. patrimonium. C. de sacrosanct. Ecclesijs. Battolo ad leg. ultima. num. 13. C. de pactis, & communem testatur Gomez ad leg. 69. Tauri. num. 6. docet etiam Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. quest. 20. num. 3. Felinus in cap. in praesentia. de probat. num. 5. & 6. Couartuicias de testam. 2. part. n. 5. fine. Dueñas, Parisius, & alij citati à Julio Claro. & ratio est, quia si se quis potest dedicate validè Ecclesiæ, multo fortius ei poterit omnia bona sua praesentia, & futura, & omnem hereditatem dare, cum in consequentiam personæ veniant bona. Et quamvis multi, & grauissimi Doctores contrarium teneant, quos citatos inuenies apud Iulium Clarum, nihilominus, si casus continget, ob fauorem Ecclesiæ ab hac opinione non est recedendum, quia leges ciuiles, & ius ciuile non potest impeditre officia pietatis & consilia Evangelica: Vnde, vende omnia, que habes, & da pauperibus, & sequere me, Matthæi 19. n. 21. nam summa semper ratio est ea, qua pro religione facit, ut dicitur in lege, sunt persona. ff. de relig. & sumpt. funer. & multa contra iuris regulas fauore religionis recipiuntur, quæ adeò vera sunt, ut valeat, & sustineatur etiam donatio Ecclesiæ, & pio loco facta calore iracundiae, modò à mente non sit alienatus donator. cap. sunt opes. 17. quest. 4. glossa in cap. dñdum, de conversione coniugiorum in verb. dare.
- Felinus in cap. diletti, num. 15. de except. Rainolo obseruat. 41. num. 37. tenet tamen tunc Ecclesia, vel locus pius alere donantem. ita Azeuedo ad leg. Castelle, lib. 5. tit. 10. l. 8. num. 6. Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 28. dubit. 13. num. 95. Reinolo obseruat. 41. num. 35.
- Item, si duo fratres sibi ad inuicem donationem facerent omnium suorum bonorum praesentium, & futurorum, vel secum contractam reciproce societatis ineant, relinquendi, & dandi sibi alter alteri suam hereditatem; talis donatio reciproca esset valida fauore agnationis conseruandæ, ut ait Iulius Clarus inductus num. 4. Boërius decis. 355. & de hoc non videtur dubitandum; quia non solum inter fratres, sed etiam inter quoscunque alios extraneos valet donatio omnium bonorum post mortem collata, ut supra diximus, & tenent communiter Doctores cum Iulio Claro quest. 19. num. 7. glossa in l. finali. C. de pactis, in verb. accommodauerit. Decius consil. 578. num. 7. in fine. Iason consil. 5. col. 6. vers. non obstat 3. lib. 3. Curtius junior consil. 81. n. 3.
- Donationes etiam omnium bonorum praesentium, & futurorum factæ ob causam onerosam donis & matrimonij, transfectionis, aut alterius similis, validæ sunt. ita Molina lib. 2. de primog. cap. 10. num. 17. Molina Theologus tom. 2. disp. 280. 6. dubium postremo est. Rainolo obseruation. 41. num. 42. Menchaca de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 32. quia quamvis iure ciuili huiusmodi donationes gratuitæ inualidæ sint, nullo tamen iure redduntur inualidæ, si sunt ob contractum onerosum, & ex titulo oneroso, nullo enim iure reperitur prohibitum, posse quemlibet ex causa iusta onerosa sua bona omnia, etiam futura, alienare, & solum in iure donationes liberales omnium bonorum prohibentur, & inualidantur, non onerosæ verique.
- Dubitabis tamen, an donatio omnium bonorum praesentium, & futurorum possit esse valida si Principis autoritate firmetur? Et respondendum est affirmatiuè cum Couart. de testam. 2. part. n. 2. Molina Theolog. tom. 1. de iustit. disp. 151. ad fin. versic. postremum dubium, & Reinolo obseruat. 41. num. 44. Ratio illorum est, quia Principes sunt supta ius quod condunt, & quia non est hoc contra ius naturale, nec contra bonos mores naturales, atque adeò secluso iure humano, hoc illicitum non est, nec contra aliquem iniustum; & quamvis per eam donationem reddantur homines intestabiles, & sit contra ius gentium auferre libertatem testandi, tamen ius gentium habet suam latitudinem, & quoddam magis accedat ad ius naturale, quoddam minus; & præterea per confirmationem Principis ex causa insta in hoc, aut illo casu, non impeditur absolute libertas testandi, sed in hoc, aut illo euentu ex iusta causa: causa autem tam iusta esse potest, ut inducat etiam ius gentium magis rigorosum, & magis proximum iuri naturali.

### CAPVT XI.

Donationes inter coniuges, an sint validæ, & in quibus euentibus morte coniugis donantis confirmantur, vel non confirmantur.

<sup>1</sup> Olim inualide erant donationes inter coniuges, hodie possunt revocari, dum vivit coniux donans, & si non renocantur, morte confirmantur.

<sup>2</sup> Quid

## 302 De translat.dominij per donationem.

- modi fructus reseruauit sibi, ab intestato moriarunt, & fructus aliquos viatos habeat, huiusmodi fructus vieti, & extantes, ad heredes illius, qui ab intestato discesserit, spectant, non ad donatarium, nisi ipse quoque sit heres, ut benè notat Molina Theologus citatus. Quod multo magis procedit, vbi donator sibi usumfructum reseruauit cum facultate expressa disponendi de illo tam inter viuos, quam per ultimam voluntatem.
8. Quando tamen ususfructus, quem donator reseruauit, tam modicus fuerit, ut non sufficiat ad competentem sustentationem donantis, vel derrata competenti sustentatione illius, tam modicum remaneret, ut pro nihilo id sit ducendum, tunc quidem inualida foret donatio, quia tunc habita ratione bonorum, non censeretur ei manere facultas testandi, quod iudicabit prudens. ita Couartuicias lib. 3. variar. cap. 12. num. 3. Gutierrez de iuram. confirmat. cap. 11. num. 14. Molina de primog. lib. 2. cap. 10. num. 25. & noster Molina tom. 1. de iustit. disp. 280. §. quando autem.
9. Donatio hereditatis facta alicui inualida est, quia nomine hereditatis comprehenduntur omnia bona, que tempore mortis donator haberet, & ideo perinde est, donationem hereditatis suae alteri facere, ac ei omnia bona sua praesentia, atque futura donare. ita Bartolus ad l. ultimam, C. de pactis. Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio quest. 19 num. 6. Gutierrez de iuram. confirmat. cap. 11. num. 4. Molina tom. 2. de iustit. disp. 280. 6. dubium est. Quamobrem non est audiendus Bartolus, qui sibi contrarius contrarium docet ad l. questum est, 5. penult. ff. de legat. 1. affirmans esse validam, quia per hereditatem solum censemur donata bona omnia praesentia, non futura. & idem censuit Parpuratus in l. ultima. C. de pactis. Primum tamen videtur verius; & quamvis hoc secundum esset spectata iuris communis dispositione validum, inualidum tamen esset de iure Castellæ, quia de iure Castellæ inualida est donatio omnium bonorum praesentium, ut probat latè Molina Theologus disp. citata.
10. Major dubitatio est, an donatio hereditatis, & donatio omnium bonorum praesentium, & futurorum, valida sit, si fiat Ecclesiæ, vel loco pio? Cui respondentem est affirmatiæ, ex textu in l. iubemus 2. vers. patrimonium. C. de sacrosanct. Ecclesijs. Battolo ad leg. ultima. num. 13. C. de pactis, & communem testatur Gomez ad leg. 69. Tauri, num. 6. docet etiam Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. quest. 20. num. 3. Felinus in cap. in praesentia. de probat. num. 5. & 6. Couartuicias de testam. 2. part. n. 5. fine. Dueñas, Parisius, & alij citati à Julio Claro. & ratio est, quia si se quis potest dedicate validè Ecclesiæ, multo fortius ei poterit omnia bona sua praesentia, & futura, & omnem hereditatem dare, cum in consequentiam personæ veniant bona. Et quamvis multi, & grauissimi Doctores contrarium teneant, quos citatos inuenies apud Iulium Clarum, nihilominus, si casus continget, ob fauorem Ecclesiæ ab hac opinione non est recedendum, quia leges ciuiles, & ius ciuile non potest impeditre officia pietatis & consilia Evangelica: *Vade, vende omnia, que habes, & da pauperibus, & sequere me, Matthæi 19. n. 21.* nam summa semper ratio est ea, qua pro religione facit, ut dicitur in lege, *sunt persona. ff. de relig. & sumpt. funer.* & multa contra iuris regulas fauore religionis recipiuntur, quæ adeò vera sunt, ut valeat, & sustineatur etiam donatio Ecclesiæ, & pio loco facta calore iracundiae, modò à mente non sit alienatus donator. cap. sunt opes. 17. quest. 4. glossa in cap. dñdum, de conversione coniugiorum in verb. dare.
- Felinus in cap. diletti, num. 15. de except. Rainolo obseruat. 41. num. 37. tenet tamen tunc Ecclesia, vel locus pius alere donantem. ita Azeuedo ad leg. Castelle, lib. 5. tit. 10. l. 8. num. 6. Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 28. dubit. 13. num. 95. Reinolo obseruat. 41. num. 35.
- Item, si duo fratres sibi ad inuicem donationem facerent omnium suorum bonorum praesentium, & futurorum, vel secum contractam reciproce societatis ineant, relinquendi, & dandi sibi alter alteri suam hereditatem; talis donatio reciproca esset valida fauore agnationis conseruandæ, ut ait Iulius Clarus inductus num. 4. Boërius decis. 355. & de hoc non videtur dubitandum; quia non solum inter fratres, sed etiam inter quoscunque alios extraneos valet donatio omnium bonorum post mortem collata, ut supra diximus, & tenent communiter Doctores cum Iulio Claro quest. 19. num. 7. glossa in l. finali. C. de pactis, in verb. accommodauerit. Decius consil. 578. num. 7. in fine. Iason consil. 5. col. 6. vers. non obstat 3. lib. 3. Curtius junior consil. 81. n. 3.
- Donationes etiam omnium bonorum praesentium, & futurorum factæ ob causam onerosam donis & matrimonij, transfectionis, aut alterius similis, validæ sunt. ita Molina lib. 2. de primog. cap. 10. num. 17. Molina Theologus tom. 2. disp. 280. 6. dubium postremo est. Rainolo obseruation. 41. num. 42. Menchaca de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 32. quia quamvis iure ciuili huiusmodi donationes gratuitæ inualidæ sint, nullo tamen iure redduntur inualidæ, si fiant ob contractum onerosum, & ex titulo oneroso, nullo enim iure reperitur prohibitum, posse quemlibet ex causa iusta onerosa sua bona omnia, etiam futura, alienare, & solum in iure donationes liberales omnium bonorum prohibentur, & inualidantur, non onerosæ verique.
- Dubitabis tamen, an donatio omnium bonorum praesentium, & futurorum possit esse valida si Principis autoritate firmetur? Et respondendum est affirmatiæ cum Couart. de testam. 2. part. n. 2. Molina Theolog. tom. 1. de iustit. disp. 151. ad fin. versic. postremum dubium, & Reinolo obseruat. 41. num. 44. Ratio illorum est, quia Principes sunt supta ius quod condunt, & quia non est hoc contra ius naturale, nec contra bonos mores naturales, atque adeò secluso iure humano, hoc illicitum non est, nec contra aliquem iniustum; & quamvis per eam donationem reddantur homines intestabiles, & sit contra ius gentium auferre libertatem testandi, tamen ius gentium habet suam latitudinem, & quoddam magis accedat ad ius naturale, quoddam minus; & præterea per confirmationem Principis ex causa insta in hoc, aut illo casu, non impeditur absolute libertas testandi, sed in hoc, aut illo euentu ex iusta causa: causa autem tam iusta esse potest, ut inducat etiam ius gentium magis rigorosum, & magis proximum iuri naturali.

### CAPVT XI.

Donationes inter coniuges, an sint validæ, & in quibus euentibus morte coniugis donantis confirmantur, vel non confirmantur.

1. Olim inualide erant donationes inter coniuges, hodie possunt revocari, dum viuit coniux donans, & si non renocantur, morte confirmantur.

2. Quid

- 2 Quid de donatione ab uno coniuge alteri facta post matrimonium per verba de presenti contractum ; an ea postea per copulam & consummationem matrimonij confirmetur.
- 3 Inualida est donatio facta ante matrimonium contractum per verba de presenti , si in tempus consummationis fuerit collata.
- 4 Quid si vir donet alteri persona , cum confidentia , ut ipsa postea donet vxori sua.  
Legata, & alij contractus valent inter virum , & uxorem , si alioqui sint iusti . ibid.
- 5 Ut donatio inter virum , & uxorem sit valida post mortem donantis , opus est , ut res in vita donantis ei tradatur , saltem facta traditione.  
Quid sit donatio facta . ibid.
- 6 Donatio simplex à viro uxori facta , an confirmetur morte ciuili illius , an solum morte naturali.  
Quid sit mors ciuilis . ibid.
- 7 Quando non procedit insinuatio , donatio à viro uxori facta solum confirmatur morte illius , quoad illam quantitatem , quam donare validè poterat absque insinuatione.
- 8 Si donatarius coniux ante coniugem donantem è vita discedat , evanescit donatio , qua morte donantis confirmanda erat.
- 9 Quid si coniux donans tacite , vel expressè eam reuocet , & quando tacite , vel expressè reuocetur.
- 10 An quando confirmatur donatio morte coniugis donantis , & ut confirmetur opus sit , ut matrimonium fuerit validum , an sufficiat putatio validum , & contractum cum ignorantia validitatis.
- 11 In regno Lusitanie reuocatur donatio per superuenientiam filiorum.
- 12 Quid si donatio legitimae filiorum , aut ascendentium mordeat , & n. 13.  
An detar aliquis casus , in quo donatio facta à marito coniugi statim sit valida . ibid.
- 14 Volenti relinquere , dare , aut legare marito aliquid , potest illi dicere , ut potius relinquat , donet , vel leget uxori sua , & est valida , & n. 15.
- 16 An peccet contra paupertatem ille Religiosus , qui seculari , vel Regulari volenti sibi aliquid dare , suadet , ut alteri persona propter se donet , & de facto res alteri donetur.
- 17 An valeat donatio inter virum , & uxorem , si alter alteri bona fide donet rem alienam , quam putabat esse suam.
- 18 An valeat , cum vir est prodigue , & ea , que prodige erat consumpturis , coniugi donet.
- 19 An valeat , si uxor donet alteri tertio rem uxoris , & uxor rem viri sui.
- 20 Valeat donatio inter virum , & uxorem , si coniux coniugi fructus ex suo prelio donet.

1. **N** I M A D V E R T E N D V M in primis est , olim donationes inter coniuges , regulariter fuisse nullas , ne coniuges mutuo amotis nexu se ad inuicem bonis suis ipoliarent : quod patet ex l. 1. 2. 3. & 4. ff. de donat. inter virum , & uxor . Postea , ut constat ex l. cùm his status . ff. eodem . Antonius Imperator sanciuit , ut liberum maneret coniugi donanti reuocare donationem factam alteri coniugi , dum viueret ipse donator ; si tamen illam non reuocaret , morte illius confirmaretur , ita ut postea haeredes donatoris eam non possent reuocare . quod quidem à legato , & donatione causa mortis patum differt ; quare sicut legare , & donare causa mortis non prohibetur coniugibus sibi

Fagundez de Institia , &c.

ipfis ad inuicem , ita hoc non eis debuit denegari ; & hoc ius viget hodie tam de iure communi , & Castellæ , quam de iure Lusitano . De iure communis , patet ex l. cùm hic status , citata . & ex l. 1. & 3. & ex l. quas parentes . C. de donat. inter virum , & uxorem . & ex cap. ultimo , eodem tit . De iure Castellæ patet ex l. 4. tit. 11. part. 4. De iure Lusitano , ex lib. 4. in nouis ordinat. tit. 65. in veteribus , tit. 9. in principio . docet Antonius Gomez ad l. 50. Tauri . num. 64. Iulius Clarus lib. 4. sent. quest. 9. num. 1. & 6. Gutierrez de iuramento confirmator . part. 1. cap. 4. Molina Theologus tom. 2. de iustit. disp. 289. §. quo loco . Sancius tom. 1. de matrimon. lib. 6. disp. 1. num. 2. & 3. vbi statuit hanc conclusionem . Donatio simplex , & liberalis inter virum , & uxorem non est valida ; & subinde potest per donatorem ad libitum reuocari dum viuit , morte tamen confirmatur , & retrotrahitur .

Excipiunt aliqui donationem ab uno coniuge alteri factam post matrimonium per verba de praesenti contractum , & ante copulam habitam , quasi ea donatio statim post copulam habitam post huiusmodi matrimonium per verba de praesenti contractum , sit rata , & firma , neque indiget confirmatione per mortem coniugis donantis . Contrarium tamen est tenendum cum Doctoribus producatis , & patet ex nostris ordinat . & ex Nauarro in summa Latina . cap. 17. num. 149. & ex l. 4. titul. 11. part. 4.

Nec solum donatio inter coniuges est inualida post contractum matrimonium per verba de praesenti , sed statim ante contractum matrimonium , si eius effectus conferatur in tempus matrimonij , quia tunc sit tempore inhabili , & confertur ad tempus etiam inhabile , & prohibitum , atque ita ex dupli capite inualida , & cassa erit talis donatio . l. in tempus . ff. de heredib. instituend. l. si sponsus sponsa de donat. inter virum , & uxorem , vbi dicitur nihil agere sponsum , qui sponsa donavit , ita ut post contractas nuptias rei dominium acquireter , quia relicit donationem in tempus , quo donare non poterat ; perinde enim est donare in tempore inhabili , atque conferre donationem in idem tempus , vt colligunt Doctores , & patet etiam ex l. cùm qui , ff. de iurisdict. omnium iudic. Sancius tom. 1. de matrimon. lib. 6. disp. 1. num. 6. & quos ibi congerit . Alderete de relig. discipli. tuenda . lib. 2. cap. 27. n. 30. fol. 142. & alij .

Non valet similiter donatio inter coniuges , quanvis fiat per interpolatas personas : ut si vir donet alicui alteri persona confidenti , ut ipse donet uxori , quia patia sunt in iure per se , vel per alium facere , l. 1. in princ. ff. de eo , por quem fuit . erit . Sancius allegatus num. 8. idque etiam , si vir , & uxor diu seorsim habitauerint , adhuc enim donatio inter eos non valebit , dum morte donantis non confirmatur ; vere enim sunt vir , & uxor , ut optimè docet Sancius tom. 1. lib. 6. de donat. inter virum , & uxorem . disp. 1. num. 9. & Ioannes Lup. rubric. de donat. §. 34. initio . Licet tamen donationes inter coniuges factæ non valeant , cæteri contractus inter eos facti valent , ut venditiones , permutationes , &c. dummodo pretium æquale rei venditæ detur : ita Sancius citatus num. 11. quod probat ex multis , & multis iuribus . Legata etiam inter virum , & uxorem , valent , patet ex cap. si patet . de testam. in 6. docent Costa ibi . p. 1. verb. legavit n. 1. Sancius n. 12. post multos .

Animaduertes secundò . Ut donatio inter virum , & uxorem morte donantis coniugis confirmetur , & post mortem sit valida , opus esse ut res donata sit

## 304 De translat. dominij per donationem.

tradita donatario saltem facta traditione, ut suprà diximus, alioqui est nulla omnino. ita habetur *L. Papinianus*, ff. de donat. *inter virum, & vxorem*, consentit *l. res vxoris*. *C. eodem tit.* docet Molina *tom. 2. de iustit. disp. 289. §. illud obserua*. Antonius Gomez *tom. 2. variar. resolut. cap. 4. num. 23. fine*. Julius Clarus *lib. 4. sent. 9. donatio. quæst. 9. num. 6*. Couarruias *in rub. de testam. p. 3.* quidquid Azor in contrarium dixerit. Donatio autem facta, seu virtualis in hoc casu censemur, si maritus animo donandi vxori incrementum, confessus est se maiorem dotem recepisse, quam reuera receptorum, cum enim tunc maritus toto tempore dotem possideat, quo matrimonium perseverat, tanquam sibi traditam, similiter censemur possidere incrementum illud, tanquam sibi traditum ab uxore, atque adeò tanquam à se de uxoris manu receptum, unde prouenit, ut huiusmodi donatio per mortem mariti confirmetur, nisi maritus eam reuocauerit, dum vixit, possitque uxor tale incrementum recipere ab heredibus mariti. Ratio autem, cur ad confirmationem moree donatis requiratur saltem virtualis, seu facta traditio, ea est, quia ut donatio morte donantis confirmetur, satis est, si res donata tradita sit per clausulam, vel conclusulam constituti, vel per aliud actum factum, per quem civilis possessio acquiratur, ut docet communis sententia, quam sequitur Couar. lib. 1. var. cap. 7. num. 4. *& glossa ultim. l. 2. C. de dot. cant. non numerat*.

6. Tertiò animaduertes, donationem simplicem, & *Iheralem* inter viuos uxori à viro factam, morte etiam ciuili confirmari: est autem mors ciuilis triplex. *Prima*, quia coniux exulat, ita ut vel in perpetuum, vel in longum tempus, decennij, v.c. ciuitatem perdat. *Secunda*, qua efficitur seruus pœnae. *Tertia*, qua Religionem profitetur, ut docet Sancius *lib. 6. de matrim. disp. 17. num. 1. tom. 1.* & ideo si ante exilium, pœnam, vel professionem talis donatio fuit facta, statim per mortem ciuilem confirmatur, ut docet idem Sancius *num. 3.* & sic non ad fiscum spectare, sed ad uxorem; & cum Sancio allegato idem quoque sentit Molina *tom. 2. de iustit. disp. 289. §. si disputatione precedenti*. Addit etiam Gregorius Lopez, quem refert Molina, si post confiscationem bonorum mariti, ipse maritus eam donationem, quam ante confiscationem bonorum uxori sua fecerat, reuocet, rem illam non pertinere ad fiscum, eo quod tempore confiscationis ius ad illam fiscus non habuerit. Addit denique Gregorius Lopez, idem esse dicendum de donatione facta ab uxori marito, eam scilicet, morte ciuili uxoris confirmati, & tem donatam tunc, non ad fiscum pertinere, sed ad virum.

Ea tamen de te valde dubitat Molina allegatus, & Sancius *tom. 1. de matrimon. lib. 6. disp. 17. num. 6.* quibus assentio, quia id solum in fauorem uxorum introductum fuit à iure, ne ex defectu bonorum dishonestati exponantur uxores, de quibus solum loquitur *l. res vxoris*. *C. de donat. inter virum, & vxor.* nam ratio honestatis, quam reddit textus, locum non habet in viris. Videtur tamen non contemnenda opinio Lopez, quia lex id expressè non declarat, & quando legillatores, qui leges condunt, non declarant expressè id, quod ad suum commodum spectat, nec nos declarare debemus.

7. Animaduertes quartò, quod quando non praecessit insinuatio, donatio inter viuos ab uno coniuge alteri facta confirmatur morte donantis, solum quoad summam, quam sine insinuatione donare poterat. Ita habetur *in nostris ordinat. nonis lib. 4. tit. 62. & in l. donationes, quas parentes, C. de donat.*

*inter virum, & vxor. Molina tom. 2. de iust. disp. 289. §. quando. Iulius Clarus lib. 4. sent. 9. donatio. q. 17. num. 3. & est communis Doctorum, ut refert Molina. Si tamen in testamento, aut codicillo, vel in ultima voluntate à donatore confirmata sit, tunc valet quidem quoad ipsum excessum, non tamen in ratione donationis, sed in ratione legati, vel ultimæ voluntatis, quæ insinuationem non requirit, ut iam sèpè diximus, & docet Molina modò inductus.*

Quintò animaduertes, quando donatio inter viuos ab uno coniuge alteri praestata, morte donantis confirmatur, retrogradi ad tempus, in quo traditio rei donatae facta est; non quidem quoad dominum perfectum, & irreuocabile, eo quod licet traditio sit facta, dominum perfectum nunquam ad donatarium transferatur, quoad usque donatio morte donantis sit confirmata; transit enim ad illud tot modis reuocabile, quot modis reuocari potest ipsa donatio. quod patet ex *l. etiam, & ex l. a marito. C. de donat. inter virum, & vxor. sed solum, quoad fructus: ut cum glossa in l. quas parentes, verb. referatur. C. eodem tit. docet Bartol. cum communis Doctorum, quam refert, ac sequitur Antonius Gomez ad l. 50. Tauri, num. 65. & tom. 2. var. cap. 4. num. 23. Julius Clarus lib. 4. sent. 9. donatio. quæst. 9. num. 7. quo fit, ut res ita donata non ante usutapi incipiat, quam donantis morte confirmata sit: ut optimè animaduertit Molina tom. 2. de iust. disp. 289. §. ut disputatione 2. Quando verò donatio non fuit insinuata, confirmata tamen fuit per ultimam voluntatem donantis quoad excessum tantummodo, quo excessus summa, quæ sine insinuatione donari potest, non retrogradi donatio quantum ad fructus ad tempus, in quo facta fuit traditio, sed eiusmodi fructus solum pertinent ad donatarium à morte donantis, ut bene notat Molina allegatus.*

In omnibus his casibus numeratis in his quinque animaduertendis statim confirmatur donatio inter coniuges morte donatoris, sequitur modò, ut agamus, & ostendamus, in quibus non confirmatur statim ac coniux emoritur. In duobus igitur casibus non confirmatur donatio morte coniugis donantis.

Primus, si donatarius ante donatorem è vita discedat, eo namque ipso donatio tunc redditur nulla, ut patet ex *l. cum hic status, §. si ambo. ff. de donat. inter virum, & vxor. & ex cap. ultim. eodem tit. & l. 4. tit. 1. part. 4.* Quod si ambo simul emoriantur, ruina, naufragio, bello, aut incendio, aut quocunque alio casu, neque constet, quis prior moreretur, tunc quidem donatio confirmatur, & ad heredes pertinet donatarij. Si autem reciprocè tales coniuges sibi ad inuicem donassent, utriusque donatio morte amborum confirmata statim maneret. Ita deciditur expressè in *l. cum hic status, citata. §. si ambo.* docet communis opinio, quam sequitur Antonius Gomez ad l. 50. Tauri, num. 65. Costa §. si quis in bello, verb. cum filii, num. 15. Couarruias 2. variar. cap. 7. num. 4. & §. Molina tom. 2. de iustit. disp. 289. §. donatio causa mortis. & ratio est, quia cum donatio iam sit facta, & res donatario tradita, qui illam possidebat, & non constet donatarium ante donatorem obiisse, melior est conditio possidentis, ac proinde talis donatio in donatarij, & heredum illius fauorem censemur valida. Vnde meritò infert Couarruias citatus *lib. 1. variar. cap. 7. num. 5. ad finem*, & Molina & Bartolus item introducti, quod quamvis uterque coniux in locis diuersis ex variis casibus discessissent, interim dum non constat donatarium

- donatarium mortuum fuisse ante donantem, validam esse censendam donationem, ad hæredesque donatoris pertinere, probare donatarium & vita discessisse ante donantem. Ait etiam Emanuel à Costa, (& bene) si coniuges sibi mutuo donassent, sub conditione, ut qui posterior è vita discederet, bona donata obtineat, tunc si uterque simul naufragio, aut casu aliquo moreretur, neque qui eorum posterior obiisset, donationem reddi omnino inualidam, eo quod sub positiva conditione, si alter superuixisset, facta fuerit, quæ conditio in eo evenitu purificata non fuit, sed potius defecit.
9. Secundus euentus, in quo donatio inter coniuges morte donantis non confirmatur, est, si donans ipse tacite, vel expresse donationem reuocet, quod licet, & absque peccato pro libito potest facere. ita habetur *l. cùm hic status. §. ait. & §. paenitentia. ff. de donat. inter virum, & uxorem, & cap. ultimo. eodem tit.* neque est necesse, ut reuocans possessionem, seu traditionem etiam reuocet, vt voluit Bartolus in *l. cùm hic status. §. si marito. ff. eodem tit.* quod aperitè est falsum, ut ait Antonius Gomez ad *l. 50. Tauri. num. 65. vers. tertius* est. & Molina inductus §. secundus euentus. & probat textus in *dīcta l. cùm hic status. §. ait oratio. vers. paenitentiam*; satis enim est, quod tacite, vel expresse predicta donatio reuocetur. Tacitè reuocatur primò, si diuortium inter coniuges sequatur, *l. sed interim. §. si maritus. l. cùm hic status. §. si diuortium ff. de donat. inter virum, & uxorem,* nisi ex mutuo consensu factum sit diuortium, aut aliunde constaret, velle donatorem, ut facto diuortio, nihilominus donatio perseveret: ut habetur in *dīcta §. diuortio, citato. & notat glossa in l. à marito. C. de donat. inter virum, & uxorem. Secundò,* si donator vendat, permuteat, leget, aut donet eandem rem alteri, imò etsi pignori illam alteri tradat, aut speciali hypothecæ subiiciat, nisi de voluntate donantis constet, intendere illum, ut donatio nihilominus perseveret, ut patet ex *dīcta l. cùm hic status. §. si maritus. & §. qui quasdam res, ff. de donat. inter virum, & uxorem, & ex l. maritus 2. C. de donat. inter virum, & uxorem, & ex cap. ultimo. eodem tit.*
10. Animaduertendum tamen est, omnia suprà dicta habere solum locum, & procedere, quando matrimonium de iure valet inter maritum, & uxorem, secus si matrimonium inter illos non est validum, etiamsi contraxerint ignorantem, tunc enim predicta donatio non confirmatur morte coniugis donantis, sed statim reuertitur ad hæredes donatoris, iuxta textum expressum in *l. cùm hic status. §. si quis sponsam. ff. de donat. inter virum, & uxor.* ita Antonius Gomez ad *dīctam l. 50. Tauri. num. 5. ad finem.* Baldus in *l. eam quam 6. C. de fideicommiss. col. 22.* Ancharranus in *c. filij. de donat. inter virum, & uxor.* Baldus Nouel, in *tract. doris 11. memb. 10. & alij communiter;* sed de hac te iterum redibit sermo n. 36.
11. In regno Lusitanæ reuocatur donatio per superuenientiam filiorum, ut infra dicimus, ut si unus coniux tempore, quo filios non habebat, donet alteri coniugi rem aliquam, postea vero donatori filij enascantur, eo ipso reuocatur donatio, & soluto matrimonio morte alterius, res diuidenda est inter coniugem superstitem, & hæredes coniugis defuncti. ita habetur in *nostri ordin. nouis. lib. 4. tit. 65. initio.* Similiter de eodem iure Lusitanæ, si ante contractum matrimonium facta fuit donatio, & postea filij donatori enascantur, & bona per consummationem matrimonij communicentur,

*Fagundez de Iustitia, &c.*

tunc soluto matrimonio eodem modo diuidenda sunt bona inter coniugem superstitem, & hæredes coniugis demortui: quæ omnia intelliguntur quando matrimonium celebratur contractu dimidiatis, & communicationis bonorum, non vero quando coniuges contraxerunt contractu dotis, & arratum, quia ius Lusitanæ loquitur de contractu dimidiatis. ita Molina *tom. 2. de iustit. disp. 289.* §. lib. 4. nam quando matrimonium celebratur contractu dotis, & arratum, standum est dispositio*n*i iuriis communis, ac proinde totum pertinebit ad hæredes defuncti, si donans ab intestato discedit: si autem testamentum condat, standum erit dispositioni testamentariae illius.

In eodem iure Lusitanæ *in nouis ordinat. tit. 65. §. 2. & 3.* statuitur, quod quando donatio morte donantis confirmatur, si huiusmodi donator relinquat hæredes ascendentibus, veluti patrem, matrem, auum, proauum; aut descendentes, veluti filios, nepotes, pronepotes, eaque donatio legitimas illorum mordeat, & excedat tertium bonorum donantis, posse huiusmodi hæredes illam reuocare, quatenus illorum legitimas mordet, quia quoad istam partem, qua intrat illorum legitimas est, in officiosa, & inualida talis donatio. ita Molina *tom. 2. de iust. disp. 283.* Emanuel à Costa *tom. 1. 3. p. verb. priuare non possit. n. 21.*

Sed rogas, an detur aliquis casus, in quo donatio inter coniuges viuos facta, statim sit valida, & firma, ita ut reuocati amplius non possit, dum coniux donator vivit, nec per superuenientiam filiorum? Respondeo dati, esseque illum, in quo coniux donans non ideo pauperior efficitur, nec recipiens redditur ditionis, ut patet ex *nouis ordin. Lusitanæ lib. 4. tit. 65. num. 1.* & docet Sancius *tom. 1. lib. 6. de matrimonio. disp. 4. num. 1.* & ratio est, quia idem solùm donationes inter vitum, & uxorem prohibentur in iure, tam communi, quam Castellæ, & Lusitanæ, ne mutuo amore se coniuges bonis suis spolient, & in proposito casu, quo coniux ob talem donationem pauperior non efficitur, & nulla se re considerabil respectu ipsius donantis spoliet, sequitur ut statim valida, ac firma donatio reddatur. Sed hinc iam ex dictis in §. antecedenti

Infertur primò, posse maritum, vel quemlibet coniugem persuadere volenti sibi donare, legare, vel testamento relinquere rem aliquam, ut potius uxori suæ, vel alteri personæ donet, leget, vel testamento relinquat, & ea donatio prærequisitis necessariis valida est. ita habetur in *l. sed si vir 31. §. quod legaturu. ff. de donat. inter virum, & uxori.* ibi, quod legaturu mihi, aut relèturus nomine hereditatis es, potes rogatus à me uxori mea relinquere, & non videbitur ea esse donatio, quia nihil ex bonis meis diminuitur. id est, quia ego nihil ei ex meis bonis dono, sed facio, ut tu ex tuis dones, ac proinde pauperior non efficior: ita docet Sancius *tom. 1. lib. 6. de matrimonio. disp. 4. num. 2.* Sed contra hoc foriter vrget lex, *hac ratio 3. in fine. ff. de donat. inter virum, & uxorem,* ibi, si donaturum mihi infuso uxori mea dare, nullius esse momenti, Julianus scripsit; perinde enim habendum, ac si ego acceptam rem, & meam factam uxori mea dedissem. & lex, idemque 4. ff. eodem tit. ibi, idemque est, si mortis causa traditum mihi iusserim uxori mea trahere.

Glossa in hac lege 4. verb. habere. & Tabiena verb. donatio. 3. quæst. 1. num. 2. sic conciliant. Valat legatum, quod vir rogat dari uxori suæ, quia legatarius non comparat dominium illius usque ad mortem legantis: non valet donatio causa mortis,

## 306 De translat.dominij per donationem.

qua statim transfertur dominium talis donationis in donatarium traditione statim secuta, licet reuocabiliter, ut docuimus sèpè suprà, & docet Conatruias, Syluester, & Costa, quos refert Sancius num. 2. hæc tamen conciliatio licet in se vera sit, non tamen exhaustit difficultatem. Melius ergo explicat, & docet Sancius ibi, & Caldas ad l. si curatorem, verb. l. 17. vers. 2. C. de in integrum restituzione, afferentes aliud esse repudiate legatum, vel rem sibi delatam; aliud iubere, & suadere donationem ei paratam, & oblatam fieri vxori sue, quia in hoc casu non repudiatur vir donationem, sed potius recipit, & acceptat, ac demum post acceptationem vxori sue fieri iubet, inò tacite acceptat, & statim coniugi sue donat. quod secus est in legato, quia non acceptat, & quamvis acceptet, non acquirit dominium illius, nisi post mortem legantis. Quare tam in legatis, quam in donationibus dicendum est, posse coniugem hereditatem, donationem, vel legatum sibi fieri paratum, ante acceptationem, & acquisitionem alicuius iuris illius, rogare volentem sibi legare, aut donare, ut suo coniugi conferat, aut donet, quia ante acceptationem nihil ex propriis bonis depauperatur, sed solum non acquirit: post acceptationem autem de suo dat, remque iam acquisitam amittit, & sic depauperatur, & bonis suis amore vxoris spoliatur. Et ideo non solum viuentे legatore, aut donatore ante acceptationem potest vxor validè repudiare legatum, vel donationem, vt succedat vir, vel è contratio potest vit id repudiare, vt succedat vxor, vt vult Syluester verb. donatione 2. quest. 2. Sed etiam post mortem testatoris, & legatoris ante acceptationem illius, ipsum legatum potest dimittere, quia ante huiusmodi acceptationem, nullum dominium acquiritur, nisi reuocabiliter, & imperfectè. ita Sancius lib. 6. de matrimonio, disp. 4. num. 2.

16. Sic Clemens VIII. prohibuit Religiosis, ne largirentur munera: non tamen stante ea prohibitione oiusdem motus proprij Clementis V IIII. aduersatur illi, nec contra illam, aut votum paupertatis peccat ille Religiosus, qui absque sui superioris licentia volentem sibi aliquid donare, rogat, eique suadet, ut donet consanguineo suo, vel alteri pauperi, quibus precibus motus ille id facit; maximè si ei dicat, Ea re domine non indigo, si tibi placuerit, gratum mihi facies, si dederis tali, vel tali meo consanguineo, vel pauperi. Secus tamen dicendum est, si prius tacitè, vel expressè acceptauit, & postea petit, ac rogat, ut detur suo consanguineo, vel alteri pauperculo, ut si Religiosus dicat, Gratulor, sed melius erit, ut demus meo consanguineo, quia in priori casu nihil acceptat, nec ex suo donat: in secundo post acceptationem iam aliquid donat ex suo contra votum, & prohibitionem. ita Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 4. num. 7. & Souza in libello, quo exposuit prædictum motum proprium Clementis V IIII. num. 73. In Lusitania tamen puto non fuisse acceptum tale breue, & quamvis acceptum fuerit, doctrina Sancij procederet.

17. Infertur secundò, valere donationem inter virum, & vxorem, si coniux coniugi rem alienam, quam bona fide possidebar, putans esse suam, bona fide alteri coniungi donet; tunc enim non fit pauperior, cùm rem alienam donet, quam tenebat restituere sublata ea bona fide; nec accipiens fit ditior, cùm teneat ut eam etiam restituere, sublata eadem bona fide, cùm sibi constituerit fuisse alienam, nec refert, quod uterque coniux tam donans, quam donatarius possint illam prescribere, & ratione huius præscriptionis possint fieri ditiores, & per-

consequens fiat modò donator pauperior, & donatarius ditior, cùm ille se priuet re, quam poterat tutta conscientia per præscriptionem acquirere, iste illam acquirat: nam id parum refert, cùm tunc donator reuera non donet aliquid ex suo proprio patrimonio, nec hoc tam sit dare, quam non acquirere: & aliud est dare ex suo, aliud acquirere ex non suo. ita docent optimè glossa in l. sed et si constanter, ff. de donat. inter virum, & vxorem, in verb. rebus, iuncto principio, & fine legis. & Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 4. n. 2. Potest etiam casus intelligi, quando coniux donavit rem alienam alteri coniugi de licentia domini ipsius rei concedentis sibi liberam donandi facultatem, ut benè animaduertit Angelus verb. donatione, 3. num. 2. Syluester verb. donatione 2. quest. 1. Tabiena verb. donatione 3. quest. 2. num. 3.

18.

Infertur tertio, valere donationem inter virum, & vxorem, si vir erat prodigus, & bona sua, quæ prodigè erat consumpturus, donet vxori sue, vel è contratio. quia licet coniux recipiens fiat ditior, non efficitur coniux donans pauperior, cùm ea bona inutiliter esset expensurus. Sic cum Baldo docet Ioannes Lupus in rubr. de donat. §. 47. fine. Sancius citatos num. 4. quamvis dubitet Gregorius Lopez L. 4. verb. son defendidas, tit. 1. part. 4.

19.

Infertur quartò, non valere donationem, si vir donet alteri tertio, rem vxoris, aut vxor rem viri, quia vxor fit pauperior, & vir donans fit ditior, cùm ex ea donatione acquirat sibi naturalern obligationem, qua donatarius accipiens obligatur ad antídora, quæ obligatio antídoralis est pretio astimabilis, sic Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 4. num. 5. Ioannes Lupus in rubr. de donat. §. 47. n. 23. & Bartolus in l. 1. §. 1. ff. de donat.

20.

Infertur quintò, valere donationem, si coniux coniugi fructus ex prædio suo percipiendos donet, quia donans non fit pauperior; nam potius ex industria donatarij, quam ex ipsa re fructus illi percipiuntur, iuxta l. fructus percipiendo, ff. de usuri. Sic docet Pinellus cum aliis, quos citat, ac sequitur l. 2. part. 2. cap. 4. num. 5. C. de rescind. vendit. Ioannes Garcia de expensis, cap. 23. num. 21. Sancius tom. 1. lib. 6. de matrimonio. disp. 4. num. 6. quamvis oppositum sentiat glossa in l. de fructibus 18. in fine, ff. de donat. inter virum, & vxorem. Sed intelligenda est glossa de fructibus, qui percipi poterant mediocri, & ordinaria diligentia, quia respectu illorum censetur depauperatus donator, & illatum procedit de fructibus agri non ita frugiferi, qui magnas expensas, & industriam personalem requirunt, quia hi magis censentur fructus industrie donatarij, quam rei donatae.

### S V M M A R I V M.

In quo etiam queritur, an valeat donationem inter virum, & vxorem, qui veri coniuges non sunt, sed putatiuitantum.

21. In quibus casibus valida sit donationem inter virum & vxorem. Primus est, inter Imperatorem, & Imperatricem, Regem, & Reginam, & n. 22.

22. Secundus est, quando donatarius non fit ditior, licet donator fiat pauperior, ut donatio sepulta causa.

23. An donationem, qua unus coniux donat alteri redditus annuos ad dorandum capellam, vel ad altare

21. *altare aliquod cera, & oleo illuminandum, sit valida.*
22. *Quid si vir donet innalide vxori, vel uxori viro censem, & ille, vel illa inutiliter expendat 10. teneatur restituere centum integras, an minus illa, que inutiliter expensa sunt.*
23. *Valet donatio inter virum, & uxorem ad reficiendas domus temporis iniuria collapsas.*
24. *An valeat quando vir uxori, vel uxori viro donat ad donandum alteri tertio.*
25. *An donatio facta à viro uxori, vel ab uxore viro, valeat collata in tempus, quo alter obierit: nimirum sit maritus dicat, ut res fiat, vel donetur coniugi postquam ipse obierit.*
26. *Valet donatio inter virum, & uxorem, quando uxori donat aliquid viro ad consequendam dignitatem, vel honorem militarem.*
27. *Valet si constante matrimonio vir remittat uxori promissam sibi dorem.*
28. *Valet si vir remittat usuras licitas, que sibi dabuntur pro onere sustinendi matrimonium, dum dotados, vel pars illius non soluebatur.*
29. *Valet similiter donatio inter virum, & uxorem, cum vir donat uxori aliquid annuale in alimenta, modo donatio non excedat fructus dotis.*
30. *Valet rursus, cum vir, & uxor sibi aliquid ad inuicem exily causa donant.*
31. *Item valet, si unus coniux in aliis alterius gratia habiter, & usus fuerit vestibus, vel animabilibus illius.*
32. *An inter coniuges putatinos valeat donatio in omnibus casibus, in quibus valet inter veros coniuges.*
33. *Si uterque coniux conscientius impedimenti divimenti in mala fide erat, potest in conscientia donationem alterius factam retinere, donec fisco per sententiam iudicis adiudicetur.*
34. *Quid quando solus coniux donans impedimenti nullitatis conscientius erat.*
35. *Quid quando donatarius illud nonerat, & non donans.*
36. *Quid quando uterque coniux in bona fide erat, & impedimentum ignorabat.*

21. ***V**XI V A N V I S adhuc prenumerauerimus alios quos casus, in quibus valet statim donatione inter virum, & uxorem, & non sit necessarium expectare mortem donantis, ut donatione valida sit, adhuc restant multi, in quibus valida quoque est.*

22. *Primus est, si fiat inter Imperatorem, & Imperatricem, Regem, & Reginam, habetur expressè in l. penultima, ff. de donat. inter virum, & uxorem, docet Nauartus in sum. lat. cap. 17. num. 149. Ludo-vicus Lopez lib. 1. de contractib. cap. 47. §. porro quoniam. Molina tom. 2. de iustit. disput. 289. §. in veteribus. Sancius lib. 6. de matrimonio, disp. 3. num. 1. Ratio est, quia contractus inter Imperiales, & Regales personas obtinent vim legis. Idem dicendum est, si fiat inter alios Principes absolutos, non agnoscentes Superiorem, ut optimè animaduertunt Molina, & Sancius inducti.*

23. *Secundus est, quando ex donatione coniux donatarius non sit ditor, licet donator fiat pauperior, quia iam videtur causa prohibitionis cessare, præcipua enim causa huius prohibitionis est, ne donatarius fiat ditor ex paupertate coniugis donantis. Cum enim donatarius ex tali donatione non fiat ditor, propriè non spoliat alterum, habetur expressè in l. si sponsus q. vers. concessa donatio.*

ff. de donat. inter virum, & uxorem; vbi concessa donatio sepulturæ causa, inter maritum, & uxorem valet, quia, ut ibidem lex ait, non videtur donatarius in illa re fieri locupletior, licet donator fiat pauperior, donatarius autem propriè ditor non sit ex sepultura donata. Nec refert, quod donatarius sepulturam emeret, si ab altero coniuge ea sibi non donaretur, quia et si coniux donatarius pauperior efficeretur, si illam emerat, non tam idcirco factus fuit locupletior, eo quod illam non emerit, quia illi, quibus sepulturæ donantur, nullum prouentum, nullam utilitatem ex illis in vita sua accipiunt, & quia ita donantur, ut ob Dei servitum, & obsequium etiam dōnentur: ita docet Sancius lib. 6. de matrimonio, disp. 3. num. 2. tom. 1. patet ex l. 6. tit. 11. part. 4. ibi, Porque aquel aquien las dan no se aprouecha dellas en su vida: otro sy, por que son dadas en maniera, que se tornan en servicio de Dios.

24. *Hinc infert Ioannes Lupus, quem sequitur Sanctius modò allegatus, in rubric. de donat. §. 48. num. 2. valere similiiter donationem, si coniux coniugi donaret redditus ad capellam dotandam, vel ad illuminandum templum oleo, & cera, quia ea donatione esset donatio ex causa pia. Mihi tamen, quidquid illi afferant, hoc non videtur, quia ea donatione tam sepulturæ, quam redditus ad dotandam capellam, illuminandamque oleo, & cera, primò, & per se non sit Deo, Templo, & Ecclesiæ propter Deum, sed fit corpori coniugis defuncti, atque adeò in honorem temporalem illius, licet per accidens resultet in prouentum spiritualem; unde formaliter primò, & per se dici non potest donatione pia, seu ex causa pia: iam vero si sepultura sit eleuata è solo, in modum Mausolei, aut in loco digniori Ecclesiæ, non est dubitandum, is honor, qui resultat ex loco, & eminentia, ac nobilitate sepulturæ, esse quid temporale, & pretio estimabile, emique, & vendi posse, ut diximus lib. 5. de translat. domin. per empr. & vendit. cap. 19. à num. 12. usque ad 15. licet enim mortuis dare sepulturam, illosque sepelire gratis, opus pium sit, & officium pietatis, tamen sepelire maiori pompa, in nobilioři sepultura, negotium merè temporale est, & per accidens officium pietatis adnexum habet, ut ibidem diximus, & docet Sotus lib. 9. de Iustit. q. 7. ad fin. art. 1. & Aragonius 2. 1. q. 100. de simonia. art. 4. fol. 800. col. 2. Rodriguez 2. p. summ. cap. 58. concl. 2. fol. 218. & praxis quotidiana probat. Quare opinio Sancij, & Ioan. Lupi solum sustineri poterit, quando donatione sepulturæ fuerit facta primò, & principaliter propter Deum coniugi pauperi, quia tunc sustineri poterit, tanquam opus pium exhibitum pauperi propter Deum: & quando sepultura ipsa fuerit ordinaria, non quando fuerit magno pretio estimabilis propter eminentiam, & dignitatem loci illius, quia tunc cum locus vendibilis sit, & cum magno pretio estimetur, negati non potest, fieri pauperior donator, & donatarius ditor, quia si iste illam emeret, magno pretio ei statet, in quo locupletior manet: & si ille eam venderet, pro magno venderet pretio, in quo magna factus est pauperior: ita mihi videtur assendum, quanvis sciā, fidentis animi, & presumptuosi hominis esse, velle iudicium suum sine auctore, tam graibus auctoribus præponere; dixi tamen quod sentio, paratus sententiam mutare, si maior mihi ratio assignetur.*

25. *Si vir donet aliquid uxori, vel uxori viro, quod donatarij inutiliter expendant, valet donatione quoad id, quod inutiliter expensum est, nec tene-*

altero bona fide. *Tertio*, si coniux donans ignorabat nullitatem matrimonij, quam donatus non uerat. *Quarto*, quando uterque coniux in bona fide existebat, & impedimentum nullitatis protus ignorabat. & per omnes hos modos discutemus.

- 36.** Si primo modo, id est, si uterque coniux in mala fide existebat, & conscientia erat impedimenti nullitatis matrimonij, dicendum est, valere donationem pro foro conscientiae, donec fisco petenti per sententiam indicis applicetur: constat enim non posse tunc coniugem donatorem rem donatam repetere, sed posse fiscum sibi illam vendicare. patet ex l. cum hic statu 33. §. finali, in fine ff. de donat. inter virum, & uxorem. ex l. 51. tit. 14. part. 5. docet Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 2. num. 2. & alij, quos ibi profert. & quanvis grauis difficultas sit, an haec actio comperat fisco, solum quando matrimonium est consummatum, an ante consummationem? dicendum tamen est, quoad forum polli, dum fiscus donationem in iudicio non petit, & dum ei per iudicis sententiam res non adiudicatur, posse coniugem donatarium retinere rem donatam; nam tradens ex falsa causa falsitatis conscientia censetur donare, & statim transferre dominium in donatarium, nisi hic iure aliquo talis acquisitionis dominij incapax sit: in hoc autem casu non est incapax, sed tantum in pœnam delicti matrimonij irriti datur actio fisco ad vindicandam rem donatam, quæ pœna non obligat, nisi post iudicis sententiam. ita Angelus verb. donatio 3. num. 35. Syluester verb. donatio 2. q. 1. Summa Tabiensl. verb. donatio 3. q. 3. n. 4. Sancius citatus, & alij.

- 37.** Si secundo modo, videlicet, quando solus coniux donans erat conscientia impedimenti nullitatis matrimonij, & alter ignorabat illud, & in bona fide erat, tunc quidem si coniux conscientia impedimenti, & in mala fide existens, rem aliquam donauit, vel legauit alteri coniugi bona fidei, valet donatio, & legatio. ita clarè disponitur in l. finali ff. de legatis 1. & tenet glossa in l. qui contra. in verb. fisco. C. de incest. nupt. & ibi omnes scribentes, vt testatur Costa in c. si pater. part. 1. in verb. uxorem. num. 5. Molina tom. 1. de Iustit. disp. 200. & Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 2. n. 3. & ratio est, quia coniux bona fidei nullum commisit peccatum, neque culpam, & vbi non est culpa, cessat pœna; & aliunde non est incapax talis acquisitionis, vt modo diximus.

- 38.** Si tertio modo, nimis, quando donans impedimentum ignorabat, & donatus illud noverat, licet multi teneant non valere donationem illi factam à coniuge bona fidei, sed pertinere ad fiscum in pœnam peccati male fidei ipsius, quos refert Emanuel à Costa in cap. si pater. de testam. 1. p. verb. uxorem. num. 11. Merito tamen ipse ab aliis recedit n. 14. 15. & 16. docetque donationem esse nullam, non tamen pertinere ad fiscum, sed ad ipsum donatorem, & hæredes illius, ac proinde donationem ipsam donatori restituendam esse, illoque demortuo, illius hæredibus. idem docet etiam Molina tom. 1. de Iustit. disp. 200. Sancius lib. 6. de matrimonio. disp. 2. n. 7. patet ex l. cum hic statu 33. §. finali. vers. si quis sponsam. ff. de donat. inter virum, & uxorem. De legato autem idem dicendum est, atque de donatione, cum legatum nihil aliud sit, quam quedam donatio. l. legatum 2 ff. de legatis 1. Probaturque res in hunc modum, quia tam legatum, quam donatio in hoc casu ex errore, & falsa causa procedit, quia legator, vel donator existimat, legitimum esse matrimonium: nihil autem

magis contrarium consensui, ac libertati, quam error, l. si quis per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. Deinde, quia coniux donans ignatus erat delicti, & illius expers: ergo non est æquum, vt ob delictum alterius propriis spolietur bonis, vel in se, vel in suis hæredibus, & filio applicentur.

**39.** Si quarto modo, id est, quando uterque coniux in bona fide erat, & tale impedimentum ignorabant, licet multi existimarent valere donationem, & legatum inter illos, posse tamen donatorem id reuocare, cum postea rescuerit. quam opinionem tenet Molina tom. 1. de Iustit. disp. 200. vbi ait, ex coniecturis videndum esse, an valeat legatum, & in dubio inclinandum esse, vt valeat: tenet etiam Tabiena verb. donatio 3. q. 3. num. 4. fine. Syluester verb. donatio 2. q. 1. Rosella eodem verbo 1. n. 36. Angelus ibi, verb. donatio 3. num. 5. & alij, quos citat Sancius num. 8. Dicendum tamen est non valere tale legatum, & donationem, quod probatur ex ratione textus in l. cum hic statu. §. finali. ff. de donat. inter virum, & uxorem. vbi dicitur donationem factam à viro uxori putatiue non valere, sed redire ad donatorem, & ratio ibi redditur, quia non quasi ad extraneam, sed quasi ad uxorem fecit. Præterea, quia haec donatio processit ex errore, qui consensum excludit: item, quia donatio inter coniuges est inuallida, & solum morte donatoris confirmatur, & ideo potest coniux donatus illam tutam conscientia retinere, donec expectet mortem donantis, vt confirmetur, vt dictum sèpè manet: ergo à fortiori, haec donatio inter coniuges putatiuos erit inuallida, & nullum retinendi ius detecta nullitate matrimonij conferet, cum morte donantis non confirmetur: ita præter auctores, quos citauimus num. 10. docet Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 2. num. 9. Panormitanus in c. finali. num. 14. de donat. inter virum, & uxorem. Emmanuel à Costa in c. si pater. de testam. 1. p. verb. uxorem. num. 18. vbi etiam legatum irritum esse docet ob defectum voluntatis, & ad testatoris hæredes pertinere.

## CAPUT XII.

An possint Prælati hæreditatem & legatum relictum monasteriis, & Ecclesiis suis licet repudiare, & non acceptare absque solemnitate requisita à iure in alienatione Ecclesiasticarum rerum?

1. Ecclesiastarum Rektore, & Superiores Ecclesiastici etiam Regulares possunt licet, & validè legata, & res Ecclesijs, & monasterijs suis relictæ reiçere, non acceptare absque solemnitate requisita à iure in alienatione Ecclesiasticarum rerum.

2. An post mortem legatoris, & testatoris possint licet legata, & res testamento relictas repudiare, & non acceptare. Refertur prima opinio negans.

3. Praesertim affirmans, modo fiat ex causa, & quid si sine causa fiat, & n. 7.

4. Omnes leges, & constitutiones Principum seculariorum factæ in favorem Ecclesie sunt nulla, nisi à summo Pontifice approbentur.

5. An possint Prælati Regulares locales repudiare legitimas

altero bona fide. *Tertio*, si coniux donans ignorabat nullitatem matrimonij, quam donatus non uerat. *Quarto*, quando uterque coniux in bona fide existebat, & impedimentum nullitatis protus ignorabat. & per omnes hos modos discutemus.

- 36.** Si primo modo, id est, si uterque coniux in mala fide existebat, & conscientia erat impedimenti nullitatis matrimonij, dicendum est, valere donationem pro foro conscientiae, donec fisco petenti per sententiam indicis applicetur: constat enim non posse tunc coniugem donatorem rem donatam repetere, sed posse fiscum sibi illam vendicare. patet ex l. cum hic statu 33. §. finali, in fine ff. de donat. inter virum, & uxorem. ex l. 51. tit. 14. part. 5. docet Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 2. num. 2. & alij, quos ibi profert. & quanvis grauis difficultas sit, an haec actio comperat fisco, solum quando matrimonium est consummatum, an ante consummationem? dicendum tamen est, quoad forum polli, dum fiscus donationem in iudicio non petit, & dum ei per iudicis sententiam res non adiudicatur, posse coniugem donatarum retinere rem donatam; nam tradens ex falsa causa falsitatis conscientia censetur donare, & statim transferre dominium in donatarium, nisi hic iure aliquo talis acquisitionis dominij incapax sit: in hoc autem casu non est incapax, sed tantum in pœnam delicti matrimonij irriti datur actio fisco ad vindicandam rem donatam, quæ pœna non obligat, nisi post iudicis sententiam. ita Angelus verb. donatio 3. num. 35. Syluester verb. donatio 2. q. 1. Summa Tabiensl. verb. donatio 3. q. 3. n. 4. Sancius citatus, & alij.

- 37.** Si secundo modo, videlicet, quando solus coniux donans erat conscientia impedimenti nullitatis matrimonij, & alter ignorabat illud, & in bona fide erat, tunc quidem si coniux conscientia impedimenti, & in mala fide existens, rem aliquam donauit, vel legauit alteri coniugi bona fidei, valet donatio, & legatio. ita clarè disponitur in l. finali ff. de legatis 1. & tenet glossa in l. qui contra. in verb. fisco. C. de incest. nupt. & ibi omnes scribentes, vt testatur Costa in c. si pater. part. 1. in verb. uxorem. num. 5. Molina tom. 1. de Iustit. disp. 200. & Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 2. n. 3. & ratio est, quia coniux bona fidei nullum commisit peccatum, neque culpam, & vbi non est culpa, cessat pœna; & aliunde non est incapax talis acquisitionis, vt modo diximus.

- 38.** Si tertio modo, nimis, quando donans impedimentum ignorabat, & donatus illud noverat, licet multi teneant non valere donationem illi factam à coniuge bona fidei, sed pertinere ad fiscum in pœnam peccati male fidei ipsius, quos refert Emanuel à Costa in cap. si pater. de testam. 1. p. verb. uxorem. num. 11. Merito tamen ipse ab aliis recedit n. 14. 15. & 16. docetque donationem esse nullam, non tamen pertinere ad fiscum, sed ad ipsum donatorem, & hæredes illius, ac proinde donationem ipsam donatori restituendam esse, illoque demortuo, illius hæredibus. idem docet etiam Molina tom. 1. de Iustit. disp. 200. Sancius lib. 6. de matrimonio. disp. 2. n. 7. patet ex l. cum hic statu 33. §. finali. vers. si quis sponsam. ff. de donat. inter virum, & uxorem. De legato autem idem dicendum est, atque de donatione, cum legatum nihil aliud sit, quam quedam donatio. l. legatum 2 ff. de legatis 1. Probaturque res in hunc modum, quia tam legatum, quam donatio in hoc casu ex errore, & falsa causa procedit, quia legator, vel donator existimat, legitimum esse matrimonium: nihil autem

magis contrarium consensui, ac libertati, quam error, l. si quis per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. Deinde, quia coniux donans ignatus erat delicti, & illius expers: ergo non est æquum, vt ob delictum alterius propriis spolietur bonis, vel in se, vel in suis hæredibus, & filio applicentur.

**39.** Si quarto modo, id est, quando uterque coniux in bona fide erat, & tale impedimentum ignorabant, licet multi existimarent valere donationem, & legatum inter illos, posse tamen donatorem id reuocare, cum postea rescuerit. quam opinionem tenet Molina tom. 1. de Iustit. disp. 200. vbi ait, ex coniecturis videndum esse, an valeat legatum, & in dubio inclinandum esse, vt valeat: tenet etiam Tabiena verb. donatio 3. q. 3. num. 4. fine. Syluester verb. donatio 2. q. 1. Rosella eodem verbo 1. n. 36. Angelus ibi, verb. donatio 3. num. 5. & alij, quos citat Sancius num. 8. Dicendum tamen est non valere tale legatum, & donationem, quod probatur ex ratione textus in l. cum hic statu. §. finali. ff. de donat. inter virum, & uxorem. vbi dicitur donationem factam à viro uxori putatiue non valere, sed redire ad donatorem, & ratio ibi redditur, quia non quasi ad extraneam, sed quasi ad uxorem fecit. Præterea, quia haec donatio processit ex errore, qui consensum excludit: item, quia donatio inter coniuges est inuallida, & solum morte donatoris confirmatur, & ideo potest coniux donatus illam tutam conscientia retinere, donec expectet mortem donantis, vt confirmetur, vt dictum sèpè manet: ergo à fortiori, haec donatio inter coniuges putatiuos erit inuallida, & nullum retinendi ius detecta nullitate matrimonij conferet, cum morte donantis non confirmetur: ita præter auctores, quos citauimus num. 10. docet Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 2. num. 9. Panormitanus in c. finali. num. 14. de donat. inter virum, & uxorem. Emmanuel à Costa in c. si pater. de testam. 1. p. verb. uxorem. num. 18. vbi etiam legatum irritum esse docet ob defectum voluntatis, & ad testatoris hæredes pertinere.

## CAPUT XII.

An possint Prælati hæreditatem & legatum relictum monasteriis, & Ecclesiis suis licet repudiare, & non acceptare absque solemnitate requisita à iure in alienatione Ecclesiasticarum rerum?

1. Ecclesiastarum Rektore, & Superiores Ecclesiastici etiam Regulares possunt licet, & validè legata, & res Ecclesijs, & monasterijs suis relictæ reiçere, non acceptare absque solemnitate requisita à iure in alienatione Ecclesiasticarum rerum.

2. An post mortem legatoris, & testatoris possint licet legata, & res testamento relictas repudiare, & non acceptare. Refertur prima opinio negans.

3. Praesertim affirmans, modo fiat ex causa, & quid si sine causa fiat, & n. 7.

4. Omnes leges, & constitutiones Principum seculariorum factæ in favorem Ecclesie sunt nulla, nisi à summo Pontifice approbentur.

5. An possint Prælati Regulares locales repudiare legitimas

*sant. Eccles. non obstat, inquam, quia etiam si ibi cedderetur expressè hoc priuilegium Ecclesiis per Principes secularis (de quo dubitatur) adhuc poterunt Praelati, & Rectores Ecclesiastici huic priuilegio, & fauori concessò à Principibus secularibus ex causa renuntiare, vt suprà dictum manet: & ratio est, quia omnes leges, & constitutiones Principum secularium etiam in fauorem, & utilitatem Ecclesiarum factæ sunt nullæ, & nullius vigoris, nisi à summo Pontifice, & iure Pontificio approbentur, vt constat ex e. Ecclesia sancte Marie de constitut. in 6. hæc autem lex nullibi in iure canonico approbata reperitur.*

5. Et idem dicendum est de Praelatis etiam localibus Religionum, repudiantibus legitimis Religiosorum, aut bonis donatis, vel hereditati, monasteriis, conuentibus, & collegiis, quibus præsunt, relictis; nam si absque causa legitima id faciant, peccabunt non solum contra charitatem, quia impediunt bonum monasteriorum suorum, sed etiam contra iustitiam ratione officij: ex officio enim tenentur de iustitia bona monasteriis suis procurare, si illius sint capacia; ex defectu tamen bonorum non tenentur ad restitutionem, nec tenentur petere eleemosynas, vt restituant: si tamen bona aliqua habeant considerabilia, quorum usus ex permissione Religionis illis concedatur, tenentur per huiusmodi usum, relinquendo, & dimittendo illum monasterio suo modo satisfacere, vt diximus tom. 2. Decalogi, lib. 7. vbi de furtis Religiosorum egimus. In hoc tamen tenentur Praelati Regulares locales sequi dispositionem suatum constitutionum.

6. Sed quoniam oportet hanc materiam exhaustire, rogabis, quæ cause iusta excusare possint Praelatos Religionum Regulares, & alios Ecclesiasticos non Regulares ab huiusmodi non acceptatione? In primis causa legitima excusandi illos esse poterit magna difficultas in recuperandis huiusmodi bonis Ecclesiis, & monasteriis relictis, & legitimis Religiosorum. Summa paupertas aliorum cohæredum religiosi, de cuius legitima agitur, est nulla, aut petexiga indigentia monasteriij. Item infamia aliqua, qua Religio aliqua iam notetur, avaritia, & nimia libidine acquirendi, ac excutiendam enim, & detergendarum hanc laborem, iustum causam habent superiores non acceptandi tam legitimas suorum Religiosorum, quam hereditates, & legata sibi testamento relicta, quam donationes, quæ illorum monasteriis fiant. Debent tamen Superiores in hoc negotio prudenter se gerere, quia negotium est valde periculosum.

7. Ita se habent huiusmodi opiniones: utraque est validè probabilis: istam secundam iudicio probabilem, fundamenta prima iam ex dictis soluta manent.

8. Rogabis etiam ad plenam doctrinam huius rei, an possit debitor licet, & validè repudiare, seu non acceptare donationem aliquam, seu legatum sibi testamento relictum in fraudem creditorum suorum?

Respondeo primò, affirmatiuè, patet ex reg. nosse fraudantur 177. ff. de regul. iur. in 6. ibi, non fraudantur credores, ciēm quid non acquiritur à debitorre, sed ciēm quid de bonis diminuitur. patet etiam ex l. qui autem 6. ff. que in fraudem creditorum, ibi, noluit enim acquirere, non verò suum patrimonium diminuere. ita docet Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. diff. 4. n. 3. & quos allegat. Ratio est, quia talis debitor nihil alienat, cum nihil acquisierit: ius enim hereditatem adeundi, & acceptandi legati, antequam acceptetur, non est in nostris bonis, vt deci-

ditur in l. pretia rerum, ff. ad legem falcidiam; sed tantum desinit acquirere. Et quamvis legatum particulae, v. c. hoc predium, haec domus, (idem de donatione) in specie, seu in individuo relicto, aut donato statim post mortem legatoris transcat in dominium legatarij, tamen transit ad dominium illius sub tacita conditione, si ab illo acceptetur, & non repudietur, vnde cum postea repudiatur, singitur à iure non esse acquisitum dominium. ita glossa ad citatam l. qui autem verb. legatum, & ibi Bartolus paulò post principium.

Aliqui verò Doctores hoc temperant, vt possit debitum repudiare hereditatem, vel legatum, quando merè personalis est debitor: secus quando bona illius sunt debito hypothecata: ita limitant Ancharranus, & Socinus, quos refert, sed non sequitur, Tello ad l. 4. Tauri. num. 55. meritò tamen hanc limitationem non admittit Tello ibi, num. 57. & 60. Baldus, & Ioannes Lupus, quos ibi citat.

Alij limitant, nisi repudiatio fiat post condemnationem delicti ad summam aliquam pecuniarum, tunc enim aiunt, inuidè repudiatur in fraudem creditorum, & huius condemnationis. Sic limitat Gregorius Lopez l. 12. p. 5. tit. 10. verb. Engaño a mente. Sed contrarium tenendum cum Sancio citato, & cum Tello dicta l. 4. Tauri, num. 60. fine, quia potiori priuilegio gaudent creditores habentes hypothecas, in quorum præjudicium potest debitor validè repudiare: nam ex delicto sola obligatio personalis absqueulla hypotheca consurgit. Nec obstat, quod Gregorius Lopez citatus dicat, ita pronuntiatum fuisse in supremo Senatu in quādam contingentia casus, quia sententia Senatus non efficit legem; imò nec sèpe sententia Principis, teste Contrauia in 4. Decret. 2. p. 7. §. 4. n. 15. quia magistratus electi à Principe ad ius dicendum, non possunt inducere stylum, legemque facere contra ius.

Alij limitant, ac temperant, nisi facta sit condemnatio ad fiscum applicanda; sed oppositum planè est verius, & probabilius, vt bene animaduertit Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. diff. 4. num. 8. nam si hereditas potest validè repudiari in fraudem creditorum, à fortiori in fraudem fisci, tractat enim de damno vitando; causa verò fisci tractat de lucro captando ex pena, & creditor priuatus potioris est iuris, quam fiscus, meliorisque conditiois; cum fiscus prænam solam exigat, & creditor priuatus debitum in se, & in re, l. 1. C. p. 2. fiscalib. creditor. preferri.

Respondeo etiam secundò, ad dubium num. 8. tractum, illos non facere illicitè, id est, contra iustitiam, repudiando huiusmodi legata in fraudem creditorum, cum solum teneatur ex iustitia non diminuere bona acquisita in creditorum fraudem; non autem acquirere non acquisita: peccant tamen contra charitatem, quia cum facile possent obuiare damno creditorum suorum acceptando, nolunt ei obuiare, peccant, inquam, contra charitatem, nisi aliunde habeant iustum, & rationabilem causam excusantem.

CAPUT XIII.  
De sponsalitia largitate, vtrum ea, quæ sacer, & maritus mittunt sponsa, censeantur donata. Quid de annulis, vestibus, &c.

<sup>1</sup> Quid sit sponsalitia largitas, & que sit illius natura.  
<sup>2</sup> Sponsa

*sant. Eccles. non obstat, inquam, quia etiam si ibi cederetur expressè hoc priuilegium Ecclesiis per Principes secularis (de quo dubitatur) adhuc poterunt Praelati, & Rectores Ecclesiastici huic priuilegio, & fauori concessio à Principibus secularibus ex causa renuntiare, vt suprà dictum manet: & ratio est, quia omnes leges, & constitutiones Principum secularium etiam in fauorem, & utilitatem Ecclesiarum factae sunt nullæ, & nullius vigoris, nisi à summo Pontifice, & iure Pontificio approbentur, vt constat ex e. Ecclesia sancte Marie de constitut. in 6. huc autem lex nullibi in iure canonico approbata reperitur.*

5. Et idem dicendum est de Praelatis etiam localibus Religionum, repudiantibus legitimis Religiosorum, aut bonis donatis, vel hereditati, monasteriis, conuentibus, & collegiis, quibus præsunt, relictis; nam si absque causa legitima id faciant, peccabunt non solum contra charitatem, quia impediunt bonum monasteriorum suorum, sed etiam contra iustitiam ratione officij: ex officio enim tenentur de iustitia bona monasteriis suis procurare, si illius sint capacia; ex defectu tamen bonorum non tenentur ad restitutionem, nec tenentur petere eleemosynas, vt restituant: si tamen bona aliqua habeant considerabilia, quorum usus ex permissione Religionis illis concedatur, tenentur per huiusmodi usum, relinquendo, & dimittendo illum monasterio suo modo satisfacere, vt diximus tom. 2. Decalogi, lib. 7. vbi de furtis Religiosorum egimus. In hoc tamen tenentur Praelati Regulares locales sequi dispositionem suatum constitutionum.

6. Sed quoniam oportet hanc materiam exhaustire, rogabis, quæ cause iusta excusare possint Praelatos Religionum Regulares, & alios Ecclesiasticos non Regulares ab huiusmodi non acceptatione? In primis causa legitima excusandi illos esse poterit magna difficultas in recuperandis huiusmodi bonis Ecclesiis, & monasteriis relictis, & legitimis Religiosorum. Summa paupertas aliorum cohæredum religiosi, de cuius legitima agitur, est nulla, aut petexiga indigentia monasteriij. Item infamia aliqua, qua Religio aliqua iam notetur, avaritia, & nimia libidine acquirendi, ac excutiendam enim, & detergendarum hanc laborem, iustum causam habent superiores non acceptandi tam legitimas suorum Religiosorum, quam hereditates, & legata sibi testamento relicta, quam donationes, quæ illorum monasteriis fiant. Debent tamen Superiores in hoc negotio prudenter se gerere, quia negotium est valde pericolosum.

7. Ita se habent huiusmodi opiniones: utraque est validè probabilis: istam secundam iudicio probabilem, fundamenta prima iam ex dictis soluta manent.

8. Rogabis etiam ad plenam doctrinam huius rei, an possit debitor licet, & validè repudiare, seu non acceptare donationem aliquam, seu legatum sibi testamento relictum in fraudem creditorum suorum?

Respondeo primò, affirmatiuè, patet ex reg. nosse fraudantur 177. ff. de regul. iur. in 6. ibi, non fraudantur credores, ciēm quid non acquiritur à debitorre, sed ciēm quid de bonis diminuitur. patet etiam ex l. qui autem 6. ff. que in fraudem creditorum, ibi, noluit enim acquirere, non verò suum patrimonium diminuere. ita docet Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. diff. 4. n. 3. & quos allegat. Ratio est, quia talis debitor nihil alienat, cum nihil acquisierit: ius enim hereditatem adeundi, & acceptandi legati, antequam acceptetur, non est in nostris bonis, vt deci-

ditur in l. pretia rerum, ff. ad legem falcidiam; sed tantum desinit acquirere. Et quamvis legatum particulae, v. c. hoc predium, haec domus, (idem de donatione) in specie, seu in individuo relicto, aut donato statim post mortem legatoris transcat in dominium legatarij, tamen transit ad dominium illius sub tacita conditione, si ab illo acceptetur, & non repudietur, vnde cum postea repudiatur, singitur à iure non esse acquisitum dominium. ita glossa ad citatam l. qui autem verb. legatum, & ibi Bartolus paulò post principium.

Aliqui verò Doctores hoc temperant, vt possit debitum repudiare hereditatem, vel legatum, quando merè personalis est debitor: secus quando bona illius sunt debito hypothecata: ita limitant Ancharranus, & Socinus, quos refert, sed non sequitur, Tello ad l. 4. Tauri. num. 55. meritò tamen hanc limitationem non admittit Tello ibi, num. 57. & 60. Baldus, & Ioannes Lupus, quos ibi citat.

Alij limitant, nisi repudiatio fiat post condemnationem delicti ad summam aliquam pecuniarum, tunc enim aiunt, inuidè repudiatur in fraudem creditorum, & huius condemnationis. Sic limitat Gregorius Lopez l. 12. p. 5. tit. 10. verb. Engaño a mente. Sed contrarium tenendum cum Sancio citato, & cum Tello dicta l. 4. Tauri, num. 60. fine, quia potiori priuilegio gaudent creditores habentes hypothecas, in quorum præjudicium potest debitor validè repudiare: nam ex delicto sola obligatio personalis absqueulla hypotheca consurgit. Nec obstat, quod Gregorius Lopez citatus dicat, ita pronuntiatum fuisse in supremo Senatu in quādam contingentia casus, quia sententia Senatus non efficit legem; imò nec sèpe sententia Principis, teste Contrauia in 4. Decret. 2. p. 7. §. 4. n. 15. quia magistratus electi à Principe ad ius dicendum, non possunt inducere stylum, legemque facere contra ius.

Alij limitant, ac temperant, nisi facta sit condemnatio ad fiscum applicanda; sed oppositum planè est verius, & probabilius, vt benè animaduertit Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. diff. 4. num. 8. nam si hereditas potest validè repudiari in fraudem creditorum, à fortiori in fraudem fisci, tractat enim de damno vitando; causa verò fisci tractat de lucro captando ex pena, & creditor priuatus potioris est iuris, quam fiscus, meliorisque conditio-nis; cum fiscus pœnam solam exigat, & creditor priuatus debitum in se, & in re, l. 1. C. pœn. fiscalib. creditor. preferri.

Respondeo etiam secundò, ad dubium num. 8. tractum, illos non facere illicitè, id est, contra iustitiam, repudiando huiusmodi legata in fraudem creditorum, cum solum teneatur ex iustitia non diminuere bona acquisita in creditorum fraudem; non autem acquirere non acquisita: peccant tamen contra charitatem, quia cum facile possent obuiare damno creditorum suorum acceptando, nolunt ei obuiare, peccant, inquam, contra charitatem, nisi aliunde habeant iustum, & rationabilem causam excusantem.

CAPUT XIII.  
De sponsalitia largitate, vtrum ea, quæ sacer, & maritus mittunt sponsa, censeantur donata. Quid de annulis, vestibus, &c.

<sup>1</sup> Quid sit sponsalitia largitas, & que sit illius natura.  
<sup>2</sup> Sponsa

## 312 De translat.dominij per donationem.

2. *Sponsalitia largitas hodie habet hanc tacitam conditionem intrinsecam, si sequatur matrimonium, & per copulam habitan perficiatur.*
3. *Si expressis verbis sponsus, & sponsa conuenerunt, ne iocalia, & dona missa ad donantem redeant, statim sunt donatary.*
4. *Quid, quando dona sponsalitia simpliciter missa sunt ab sposo sponse, vel è contrario absque ullo pacto, an censeantur missa sub tacita conditione, si sequatur matrimonium.*
5. *Quid si matrimonium non sequatur ob culpam solius donatoris, vel solius donatarii.*
6. *Quid si casu aliquo, aut per ingressum Religionis non sequatur.*  
*Et quid si tunc precessit osculum, quod sponsus dedit sponsa. ibid.*
7. *Quid quando sponsa misit sposo vestes, aut iocalia, an aliquid tunc acquirat sponsus per osculum, & n. 8.*
9. *Quid si oscula praeceperint, vel subsequantur munera missionem.*
10. *An si sponsa non sit virgo, sed pro tali communiter reputetur, acquirat per osculum sponsalitiam largitatem.*  
*Refertur opinio negans. ibid.*
11. *Refertur seunda affirmans.*
12. *Secunda probabilitior.*
13. *Quid si oscula dentur ante inita sponsalitia, an tunc acquirat sponsa aliquid sponsalitiae largitatis.*
14. *Quid si oscula dentur post iam inita sponsalitia, sed conditionate ante conditionis euentum.*
15. *Quid de amplexu dato post inita sponsalitia.*
16. *An, ut sponsa lucretur dimidietatem sponsalitiae largitatis per osculum, & totam per copulam, requiratur ex parte sponsi animus donandi.*
17. *Vtrum valida sit donatio sponsalitiae largitatis, si excedat summam, qua sine infusione donari non posset.*
18. *An leges loquentes de sponsalitiae largitate procedant in foro conscientie.*
19. *An valida sit donatio sponsalitiae, quando sponsa nullam dotem secum tulit, & n. 10.*
21. *An quando arrhe, & sponsalitiae largitatis interuenient in matrimonio consummato per mortem mariti, uxori verumque acquirat, & n. 22.*

1. **H**ec materia pertinet ad donationem nam sponsalitia largitas nihil aliud est, quam donatio facta inter sponsos de futuro, causa & spe ineundi matrimonij. Ita Sancius tom. 1. de matrimon. lib. 6. disp. 1. num. 1. & disp. 18. num. 1. & communiter Doctores. Natura huius donationis est, ut ubi sit pactum inter sponsum, & sponsam, ne ad donantem ullo casu res donatae redeant, statim irreuocabiliter ad donatarium pertineant, quamvis nec copula, nec osculum intercedat, & eius culpa matrimonium effectum non habeat, ut constat ex l. 1. vers. 5. qd. de donat. & l. si mater, C. de donat. ante nuprias.

2. Vbi nullum initur pactum, olim reputabatur donatio simplex, & pura, & minimè conditionata, & statim erat irreuocabilis: hodie habet tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, atque per copulam perficiatur. Prima pars habetur in l. 1. vers. 5. qd. de donat. & l. 2. & l. si filia, & l. si tibi, C. de donat. ante nuprias. Secunda pars, quodd hodie habeat tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, & per copulam perficiatur, habetur expreſſe in l. cum veterum, C. de donat. ante nuprias, & l. 3. titul. 11. p. 4. vnde secuto matrimonio firma, & pura re-

manet, quia purificatus conditio. ita Sancius tom. 1. de matrimon. lib. 6. disp. 18. num. 2. & disp. 19. Molina tom. 2. de iustit. tract. 2. disp. 290. initio. Antonius Gomez ad leg. 52. Tauri, num. 2.

Ex quo sequitur, si expressis verbis sponsus, & sponsa conuenerunt, ne iocalia, & dona missa ad donantem redeant, statim pertinere ad donatarium, siue sequatur, siue non sequatur matrimonium, etiam culpa alicuius, vt constat ex citata l. 1. vers. 5. qd. de donat. & ex l. si mater, C. de donat. ante nuprias, & docet Sancius lib. 1. de matrimon. lib. 6. disp. 18. num. 1. conclus. 1. quia verba, & pactum conuentum seruandum est.

Sequitur etiam, si simpliciter ea dona missa sunt ab sposo sponsa, vel è contrario, nulla facta mentione donationis, nec alicuius conuentionis, censeti missa ornamenti causa, sub tacita conditione, si sequatur matrimonium; vnde non secuto, redibunt munera ad donatorem: in dubio autem censentur ea munera, & iocalia, quæcumque illa sint, siue annuli, siue vestes, missa, & tradita causa ornamenti sub predicta tacita conditione, si matrimonium sequatur, non autem animo simpliciter donandi: ita docet Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. quest. 10. num. 1. Alexander const. 155. n. 10. lib. 7. Cornelius const. 65. lib. 3.

Si matrimonium non sequatur, tunc distinguendum est: aut enim non sequitur ob solius donatoris culpam; aut ob solius culpam donatarij; aut secutum fuit matrimonium, sed non fuit copula consummatum; vel casu aliquo, vel morte alicuius contrahentis secutum non fuit. Si ob solius culpam donantis non fuit matrimonium secutum, vel ob eandem illius culpam non fuit consummatum; tunc quidem siue donans sit sponsus, siue sponsa, perdit numerus missa, & sponsalitiam largitatem, fiuntque statim accipientis; & si ille, cuius culpa matrimonium non fuit sequutum, consummatumque aliquid accepérat, tenetur illud integrè donatori restituere iuxta valorem temporis, quo accepit, si vnu consumptum fuerit: si autem extat non consumptum, tenetur illud, ut extat restituere; & non sufficiet restituere valorem illius, iuxta tempus, in quo illud accepit: insuper, si aliquid promisit, tenetur illud soluere. Si vero ob donatarij culpam matrimonium non fuerit secutum, aut non fuerit consummatum, tenetur restituere donanti, quod ab ipso accepit. hæc omnia habentur expreſſe in l. cum veterum, C. de donat. ante nuprias, docent Sancius tom. 1. de matrimon. lib. 6. disp. 18. num. 3. Antonius Gomez ad l. 52. Tauri, num. 1. & sequentibus, & alij communiter cum Molina, quem statim citabo.

Si casu aliquo, vel morte alicuius sponsi, vel propter ingressum Religionis matrimonium non fuit secutum, aut copula non fuit consummatum: tunc quidem si sponsa ab sposo ea iocalia munera, sponsalitiamque largitatem accepit, osculumque intercessit, acquitit sponsa ratione osculi, (de amplexibus dicemus infra num. 15.) solam dimidiā partem sponsalitiae largitatis missæ: alteram autem dimidiā tenetur restituere hæredibus sponsi, si mortuus est, vel ipsi sposo, si adhuc viuit. ita Sancius citatus diff. num. 3. Antonius Gomez ad dict. l. 52. Tauri, num. 8. Molina tom. 2. de iustit. disp. 290. §. quando autem. Cynus in l. si ab sposo, C. de donat. ante nuprias, in fine. Ioannes Lupus in rubr. de donat. §. 3. n. 4.

Si vero sponsa donauerat, & miserata sposo, nihil predictæ sponsalitiae largitatis acquirat sponsus per osculum ei datum ab sponsa, sed tenet hinc omnia

omnia integrè sponsæ restituere, ut habetur expressæ in l. si ab sposo. C. de donat. ante nuptias. & l. 3. tit. 11. part. 4. docentque auctores modò inducti. & ratio est, quia sponsus ob oscula, & amplexus sponsæ nihil amittit: at sponsa vila tuborem, ac verecundiam, quād patitur, non ita facile postea nubet hoc matrimonio non secuto: maior enim honestas requiritur in fœminis, quam in viris.

8. Ex dictis inferatur, donante sposo iocalia sponsæ, & similiter sponsa sposo, si casu, vel morte, vel ingressu Religionis, vel amissione alterius oculi sponsæ, non sequatur matrimonium, vel eo per mortem dissoluto ante consummationem, si osculum intercessit, restituenda esse sponsa integra iocalia, quæ dedit, ipsam autem solum teneri restituere dimidiam partem acceptorum: quia sponsus propter osculum nihil acquirit, ac peiinde integra iocalia restituit; sponsæ autem oculo dimidiam tantum partem acquirit; quare solum alteram dimidiam tenet restituere. ita Cyrus in dicta l. si ab sposo. C. de donat. ante nuptias, in fine, & Ioannes Lupus in rubr. de donat. §. 3. in fine, & alij producti.
9. Quod intelligendum est, siue oscula p̄cedant, siue subsequantur missionem munera iocalia, & vestium, modò post iam inita sponsalitatem dentur, ut bene animaduertit Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 6. disp. 18. num. 5. Antonius Gomez ad dictam l. 5. Tauri, num. 6. Matienzo lib. 5. recipil. tom. 2. l. 4. glossa 3. num. 1. Azeuedo eadem l. 4. num. 13. Barbosa ff. solatio matrimonio. 2. part. n. 111. & ratio est, quia utroque casu sponsa tuborem, & damnum suprà relatum patitur.
10. Vtum autem si sponsa non sit virgo, sed sponsus talem esse existinet, & pro tali communiter reputetur, hanc sponsalitatem largitatem per osculum modo suprà dicto acquirat, est granis questio, circa quam partita est opinio.

Prima negat, hanc tenent multi, quos citat, sed non sequitur Sancius tom. 1. lib. 6. de matrimonio. disp. 27. num. 6. qui loquentes de arrhis, quæ dantur sponsis, & uxoribus in præmium virginitatis, assertunt, non posse eas uxores retinere, sed tenori illos restituere, si virgines non sint, licet pro talibus reputentur ab sponsis; & communiter valet argumentum de arrhis ad munera sponsalitatis largitatis, ob eandem rationem, ut deducitur ex Sancto citato disp. 8. num. 5. fine. & hi sunt Ioannes Lupus in rubr. de donati §. 12. num. 1. Gomez Arias l. 49. Tauri, num. 8. Corduba, in summa quest. 135. Ludovicus Lopez 1. part. Instrut. cap. 76. §. præterea consequenter. Veiga lib. 1. summa casu 387. Rodriguez tom. 1. sum. in 2. edit. cap. 208. num. 12. Probatur hæc opinio prima, quia tam arrhæ, quam sponsalitatis largitates dantur in virginitatis præmium, ut patet ex l. res uxori. C. de donat. inter virum, & uxorem, ibi, quia pudicitia præmio cessit. Secundo, quia in contractu arrharum solet dici à sparto sposæ: Et huiusmodi arrhas tibi do ratio ne tuæ virginitatis. Tertiò, quia tam donatio arrharum, quam donatio sponsalitatis largitatis procedit ex errore, & falsa causa, qua sponsus sponsam virginem esse putabat; si enim nosset, virginem non esse, non eam ducet, nec ei aliquid donaret: error autem tollit consensum, nihil enim magis contrarium est libero consensui, quam error, l. nibil. ff. de reg. iuris. Cum ergo causa finalis virtus que donationis, tam arrharum, quam sponsalitatis largitatis, sit virginitas, sequitur, ut deficiente causa finali, donatio sit nulla, & per consequens, ut non

Fagundez de Institutio, &c.

possit sponsa, quæ non est virgo, licet pro tali reputetur, in conscientia p̄dictam donationem retinere.

Secunda opinio affirmat, hanc tenet, loquendo de arrhis, Sancius lib. 6. de matrimonio disp. 27. num. 4. loquendo vero de sponsalititia largitate, docet ibi disp. 18. n. 5. in fine, vbi questionem excitat, & remittit se pro resolutione illius ad dictam disp. 27. num. 4. De arrhis etiam loquendo docet Gregorius Lopez l. 87. vers. segn fuero, tit. 18. part. 3. & l. 1. verb. en Espana, ad finem, tit. 11. part. 4. Antonius Gomez ad l. 52. Tauri. num. 13. Vnde multi Doctores dicunt, dati huismodi arrhas (idem dicent de largitatibus sponsalitatis), in præmia pudicitia virginalis, vel viduitalis; & hi sunt Couartquias in c. offit. n. 4. de testam. & 2. variar. cap. 6. num. 7. & Gutierrez i prædictar. q. 124. n. 2.

Probatur primum, quia licet sensib[ile] ponant in instrumentis publicis, maritos uxoribus, & sponsos sponsalitatis arrhas constitutæ in præmium illarum pudicitia virginalis, vel viduitalis; atamen ea verba sunt verba communia, & apposita ad ornatum scripturæ, non tanquam forma contractus, & causa finalis illius. nam in l. 85. tit. 18. part. 3. vbi describitur forma instrumenti donationis arrharum, non continentur ea verba, quæ communiter à tabellionibus apponi solent, in honorem virginitatis, sed tantum apponuntur hæc, ratione matrimoni, aut nuptiarum: vnde ea, quæ non est virginalis, tamen publicè reputatur, non tenetur eas in conscientia restituere; quam ob rem heuē animaduertit Vallascus tom. 1. consult. 16. num. 6. & consult. 22. num. 4. ex imperiis Notariorum prouenire, ea verba in publicis instrumentis apponi, cum arrhæ dentur in compensationem donis, & honoris mulieris, & causam formalem esse ad sustinendam cum homine vidualem viram, in qua præsumunt permanuisse post mortem mariti arrhæ promis- tentis. Iudic. Molina tom. 2. de suffit. disp. 431. §. dubium est quare ob causam, tandem facit ad nullam causam reducendam esse donationem arrharum, præterquam ad honorem, & liberalitatem viri: & ideo quinvis cellet virginitas, permanens ac valet donatio, nec tenetur uxori in conscientia que virgo non est, & ut talis reputatur, arrhæ nō restitue.

Probatur secundò, quia valet donatio vbi non datur error in principali causa donationis, sed in aliquibus circunstantiis, licet illæ tales sint, ut si cognitæ essent, donator non donaret, immo vellet, donationem non valere: ergo error in circumstantia virginitatis non viriat donationem arrharum, aut sponsalitatis largitatis, licet si cognitus esset, non fieret talis donatio. ut docet Sancius tom. 1. de matrimonio. disp. 27. num. 4. in fine, vbi etiam expressè loquitur de sponsalitatis largitate, quia nullo iure probatus dari ob sponsa virginitatem.

Probatur tertio, quia, si quis paupertate motus donet aliqui elemosynam, ignorans eum esse diuitem, aut infidelem, quod si sciret, non daret, & vellet, talem elemosynam esse nullam, valet donatio, ut alibi diximus: ergo etiam in casu præsenti valebit, etiamsi talis virginitas non decur.

Probatur vtrumq[ue], quia alioquin informaretur sponsa, quæ virgo non est, sed talis communiter possit, si teneretur largitatem sponsalitatem in conscientia restituere: verno autem tenetur se infamare, aut peccatum suum secretum manifestare.

D d Ita

- Quod intelligendum est, quando donatio sponsalitiae largitatis fuit valida, si enim inualida fuit, quia, v. g. post consummatum matrimonium fuit facta, tunc solum morte donantis coniugis confirmaretur, & utrumque compararet vxor, & arthas, & iocalium donationem, quia in l. 52. Tauri, sermo expressè est de donatione valida sponsalitiae largitatis; quam ob rem, quando inualida est, sequitur naturam aliarum donationum inter coniuges, quae morte confirmantur: nec lex aliqua prohibet harum donationum acquisitionem simul cum arthas acquisitam, ita ultra Sancium inductum Barbosa ff. soluto matrimonio. 3. part. rubric. 2. num. 112.
22. Vxori autem, aut illius heredibus semel eligitibus arthas, non licet postea variare, quod patet ex l. serui electione, in principio ff. de legatis 1. & l. apud Ausodium 20. ff. de opt. legat. nam quod semel placuit, amplius displicere non potuit. regul. quod semel placuit de regul. iuris in 6. modò tamen electio habeat effectum. nam si effectum non habuerit, licebit vxori, vel illius heredibus variare, non enim praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. regul. non præstat. de regul. iuris in 6. ita docet glossa in l. apud Ausodium. verb. non posse. ff. de opt. legat. & glossa in l. serui electione, in principio. verb. possumus. ff. de legatis 1. vbi Iason num. 3. Bartolus l. 2. ff. de opt. legat. Felinus in c. ex tenore. n. 2. de prescriptionib. Tiraquelius in l. boues. §. hoc sermone. limit. 1. ff. de verbis. significat. Gregorius Lopez l. 2. 5. verb. arrepemir. tit. 9. part. 6. & alij:

#### CAPUT XIV.

#### De reuocatione donationis. In quibus casibus donatio facta de iure reuocetur.

1. Donatio traditione perfecta natura sua est irreuocabilis. Tres tamen sunt causa ob quae reuocari potest, & que ille sint.
2. Sola donatio mere gratuita, & liberalis post traditionem perfectam reuocari potest ob ingratitudinem.
3. Causa ingratitudinis comprehendit grates, & atrocis iniurias factas a donatario donatori, & quae ille sint.
4. Quid si donatarius percutiat donatorem ferro, vel ligno.
5. Quid si notabile damnum bonis donantis intulit, & an sufficiat animus inferendi, licet de facto non intulerit.
6. An possit reuocari donatio traditione perfecta, si donatarius vita donatoris fuerit infidatus.
7. Quid si donatarius alteram donationem donatoris non implevit, ad quam implendam se illi obligauit.
8. An de iure Lusitano si mulier mortuo marito, secundo nubat, & post secundas nuptias reuocet donationem a se factam filio prioris matrimonii, valeat prædicta reuocatio, & an in aliquibus casibus illam possit reuocare, & in quibus.
9. An barodes donatoris possint reuocare donationem propter iniurias donatori factas, si ille dum Fagundez de Iustitia, &c.

vixit, illam non reuocavit, aut saltem de reuocatione capit agere.

10. Non tenetur donatarius ingratus in conscientia restituere rem donatan donatori, nisi post latam sententiam.
11. Quid si donatio fiat apposita clausula, & conditione, ut nulla ex causa reuocari possit, an possit adhuc reuocari.
12. An propter alias ingratitudinis causas, quam illas, qua numerantur num. 1. possit donatio reuocari.  
Referunt prima opinio affirmans. ibid.
13. Quid si donatarius negaverit alimenta donatori.
14. Preferitur secunda negare.
15. Pena non extenduntur ad res, & personas, de quibus lex penaliter non loquitur, quando sub imiuris, & causis illarum alia similes non comprehenduntur.
16. Utrum donatio facta Ecclesie, vel monasterio possit reuocari propter ingratitudinem Prelatis tantum separatum ab ingratitudine Capituli.
- Et quid per ingratitudinem Capituli tantum. ibid.
- Et quid propter virtusque ingratitudinem. ibid.
17. An beneficium alicui datum, & collatum possit auferri a collatario propter ingratitudinem commissari in collaterem, & presentatorem, seu patronum.

**S**EQUITVR ut ita stemus de causis ingratitudinis, ob quas donatio iam facta & traditione perfecta reuocari possit: est enim ingratitudo ventus vrens, diuinæ, & humanæ misericordiae fontes exiccans: vnde Lacedemonii, nullam peccatum in ingratitos decernebant certam, & determinatam, quia omnibus peccatis eos dignissimos iudicabant. Licet igitur donatio traditione perfecta, natura sua sit irreuocabilis, vt docet Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. q. 1. vers. 6. ex hac. Tres tamen sunt principales cause, propter quas potest adhuc reuocari. Prima, propter ingratitudinem donatarij. Secunda, propter superuenientiam filiorum. Tertia, propter inofficiale donationem. Et de his sigillatim ageamus, quia haec sunt veluti præcipua capita, ad quas alias cause reducentur: licet enim ius exprimat has tres tantum causas, tamen non resicit alias similes, vt tenet Iulius Clarus allegatus num. 2. glossa in l. finali. verb. voluerit, C. de renocand donat. Ripa ibi. quest. 41. post num. 144. vbi etiam post numer. 164. affirmit, ita à communiter à Doctoribus teneri.

Notabis ergo hinc primò. Quando dicimus donationem posse reuocari ob ingratitudinem donatarij, nos lequi de donationibus solummodo gratuitis, & liberalibus. & non de illis, quae sunt ob causam aliquam, dotis, remunerationis, vel alterius cuiuscunque, quia donatio ob causam non est propriè donatio, sed est propriè compensatio, remunratio, aut permutatio, ac proinde vbi causa donandi præcessit, & intercessit, non debet, nec potest donatio propter ingratitudinem superuenientem reuocari; solum enim reuocatur donatio ob ingratitudinem, ne licet alicui bona alterius liberaliter donata accipere, & postea donantem illudere, ac ludificare, vt notant passim Doctores. Molina tom. 2. de Iustit. diff. 281. q. illud erit obserua. & Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. q. 2. 1. num. 1. & 4. Vnde quanvis filia dotata, & coniu-

- Quod intelligendum est, quando donatio sponsalitiae largitatis fuit valida, si enim inualida fuit, quia, v. g. post consummatum matrimonium fuit facta, tunc solum morte donantis coniugis confirmaretur, & utrumque compararet vxor, & arthas, & iocalium donationem, quia in l. 52. Tauri, sermo expressè est de donatione valida sponsalitiae largitatis; quam ob rem, quando inualida est, sequitur naturam aliarum donationum inter coniuges, quae morte confirmantur: nec lex aliqua prohibet harum donationum acquisitionem simul cum arthas acquisitam, ita ultra Sancium inductum Barbosa ff. soluto matrimonio. 3. part. rubric. 2. num. 112.
22. Vxori autem, aut illius heredibus semel eligitibus arthas, non licet postea variare, quod patet ex l. serui electione, in principio ff. de legatis 1. & l. apud Ausodium 20. ff. de opt. legat. nam quod semel placuit, amplius displicere non potuit. regul. quod semel placuit de regul. iuris in 6. modò tamen electio habeat effectum. nam si effectum non habuerit, licebit vxori, vel illius heredibus variare, non enim praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. regul. non præstat. de regul. iuris in 6. ita docet glossa in l. apud Ausodium. verb. non posse. ff. de opt. legat. & glossa in l. serui electione, in principio. verb. possumus. ff. de legatis 1. vbi Iason num. 3. Bartolus l. 2. ff. de opt. legat. Felinus in c. ex tenore. n. 2. de prescriptionib. Tiraquelius in l. boues. §. hoc sermone. limit. 1. ff. de verbis. significat. Gregorius Lopez l. 2. 5. verb. arrepenir. tit. 9. part. 6. & alij:

#### CAPUT XIV.

#### De reuocatione donationis. In quibus casibus donatio facta de iure reuocetur.

1. Donatio traditione perfecta natura sua est irreuocabilis. Tres tamen sunt causa ob quae reuocari potest, & que ille sint.
2. Sola donatio mere gratuita, & liberalis post traditionem perfectam reuocari potest ob ingratitudinem.
3. Causa ingratitudinis comprehendit grates, & atrocis iniurias factas a donatario donatori, & quae ille sint.
4. Quid si donatarius percutiat donatorem ferro, vel ligno.
5. Quid si notabile damnum bonis donantis intulit, & an sufficiat animus inferendi, licet de facto non intulerit.
6. An possit reuocari donatio traditione perfecta, si donatarius vita donatoris fuerit infidatus.
7. Quid si donatarius alteram donationem donatoris non impletuit, ad quam implendam se illi obligauit.
8. An de iure Lusitano si mulier mortuo marito, secundo nubat, & post secundas nuptias reuocet donationem a se factam filio prioris matrimonii, valeat prædicta reuocatio, & an in aliquibus casibus illam possit reuocare, & in quibus.
9. An barodes donatoris possint reuocare donationem propter iniurias donatori factas, si ille dum Fagundez de Iustitia, &c.

vixit, illam non reuocavit, aut saltem de reuocatione capit agere.

10. Non tenetur donatarius ingratus in conscientia restituere rem donatan donatori, nisi post latam sententiam.
11. Quid si donatio fiat apposita clausula, & conditione, ut nulla ex causa reuocari possit, an possit adhuc reuocari.
12. An propter alias ingratitudinis causas, quam illas, qua numerantur num. 1. possit donatio reuocari.  
Referunt prima opinio affirmans. ibid.
13. Quid si donatarius negaverit alimenta donatori.
14. Preferitur secunda negare.
15. Pena non extenduntur ad res, & personas, de quibus lex penaliter non loquitur, quando sub imiuris, & causis illarum alia similes non comprehenduntur.
16. Utrum donatio facta Ecclesie, vel monasterio possit reuocari propter ingratitudinem Prelatis tantum separatum ab ingratitudine Capituli.
- Et quid per ingratitudinem Capituli tantum. ibid.
- Et quid propter virtusque ingratitudinem. ibid.
17. An beneficium alicui datum, & collatum possit auferri a collatario propter ingratitudinem commissari in collaterem, & presentatorem, seu patronum.

**S**EQUITVR ut ita stemus de causis ingratitudinis, ob quas donatio iam facta & traditione perfecta reuocari possit: est enim ingratitudo ventus vrens, diuinæ, & humanæ misericordiae fontes exiccans: vnde Lacedemonii, nullam peccatum in ingratitos decernebant certam, & determinatam, quia omnibus peccatis eos dignissimos iudicabant. Licet igitur donatio traditione perfecta, natura sua sit irreuocabilis, vt docet Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. q. 1. vers. 6. ex hac. Tres tamen sunt principales cause, propter quas potest adhuc reuocari. Prima, propter ingratitudinem donatarij. Secunda, propter superuenientiam filiorum. Tertia, propter inofficiam donationem. Et de his sigillatim ageamus, quia haec sunt veluti præcipua capita, ad quas alias cause reducentur: licet enim ius exprimat has tres tantum causas, tamen non resicit alias similes, vt tenet Iulius Clarus allegatus num. 2. glossa in l. finali. verb. voluerit, C. de renocand donat. Ripa ibi. quest. 41. post num. 144. vbi etiam post numer. 164. affirmit, ita à communiter à Doctoribus teneri.

Notabis ergo hic primò. Quando dicimus donationem posse reuocari ob ingratitudinem donatarij, nos lequi de donationibus solummodo gratuitis, & liberalibus. & non de illis, quae sunt ob causam aliquam, dotis, remunerationis, vel alterius cuiuscunque, quia donatio ob causam non est propriè donatio, sed est propriè compensatio, remunratio, aut permutatio, ac proinde vbi causa donandi præcessit, & intercessit, non debet, nec potest donatio propter ingratitudinem superuenientem reuocari; solum enim reuocatur donatio ob ingratitudinem, ne licet alicui bona alterius liberaliter donata accipere, & postea donantem illudere, ac ludificare, vt notant passim Doctores. Molina tom. 2. de Iustit. diff. 281. q. illud erit obserua. & Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. q. 2. 1. num. 1. & 4. Vnde quanvis filia dotata, & coniu-

## 316 De translat.dominij per donationem.

gata committat causam aliquam ingratitudinis aduersus patrem, ex contentis in l. finali. C. de reuocand. donationib. non poterit pater constante matrimonio donationem reuocare, quia verget in damnum mariti, dos enim non est titulus lucratius ex parte mariti, sed onerosus. Idem dicendum soluto matrimonio, si filios habeat. ita Ceualllos tom. 1. commun. contra commun. disp. 73. & constat ex l. si dote, C. de iure dotum. soluto vero matrimonio potest dos reuocari ob ingratitudinem, quando maritus filios non reliquit: vt tradit Pinellus in l. 1. 3. part. num. 62. C. de bonis mater. Matienzo in l. 1. tit. 6. glossa 11. num. 3. vbi docent cum Ceualllos citato, dotem non esse titulum lucratium ex parte mariti, sed onerosum, propter onera sustinendi matrimonium; esse vero titulum lucratium ex parte filiae dotatae, qua est communis opinio, quam egregie tractant idem Ceualllos, & Pinellus allegati, & Rubeus in cap. per vestras, notabilis 3. §. 22. num. 7. Agendo ergo de prima causa ingratitudinis,

3. Primo reuocari potest donatio liberalis, & grata ob ingratitudinem donatarij, quando donatarius graues, & atroces iniurias in donatorem effudit, & satis est si semel in eum id faciat; quae autem indicande sunt graues, & atroces iniuriae, arbitrio prudentis iudicis committitur: ita docet Molina tom. 2. de iustit. disp. 281. §. Prima est. Iulius Clarus citatus, & Gregorius Lopez in l. 10. tit. 4. part. 5. verb. de palabra. patetque ex cap. ultim. de donat. & l. finali. C. de reuocand. donat. & ex nostris ordinat. nosuis. lib. 4. tit. 63. num. 1. Vnde si donatarius committat stuprum cum vidua, que fuit vxor donatoris intra annum luctus, priuari potest a iudice ob grauem iniuriam donatori factam ipsa donatione, ut resolut Ignatius de Villar in sylva responsion. lib. 1. resp. 14. num. 14. & Barbosa in remissionib. ad titulum 63. nostra ordinat. §. 1. Explicant autem ibi nostra ordinat. Lusitanæ, non esse necesse, ut verba iniuriosa dicantur in praesentia, sed sufficiet, ut dicantur in absentia. Grauitas autem iniuriarum sumetur ex gravitate personarum donatorum, ex circumstantia loci, veluti si dicantur in loco publico, in foro, in iudicio, & auditorio, in Ecclesia coram multis, & grauibus personis, nec opus est, ut ista iniuria fiat tantum verbis, sed sufficit si fiat re, sine verbis, ut si appendantur cornua pro fotibus donatoris, aut si illum donatarius fugaret, vel in carcерem mitteret cum magno illius dedecore. ita Molina loco & §. citato. & Gregorius Lopez loco item citato, cum Ioanne Andrea, & Alberico, quos citat.

4. Secundò reuocari potest, quando donatarius donatorem percussit ferro, ligno, lapide, aut violentas manus in illo posuit animo lœdendi, iniuriamque illi faciendi: ita Molina citatus dict. tom. 2. de iustit. disp. 281. §. secunda est. Azot part. 3. Injustit. moral. lib. 11. de donat. cap. 8. ques. 2. Rebellus de obligat. iustit. part. 2. lib. 18. q. 9. num. 3. qui omnes optimè aduentunt hoc procedere, dummodo ob id mortiferè peccent; si enim ob propriam vel patriæ, vel alterius proximi legitimam defensionem id faciant, aut ex alia iusta causa, nequaquam donatio reuocabitur.

5. Tertiò, si notabile damnum bonis donantis intulit. ita Molina tom. 2. de iustit. disp. 281. vers. tertia est. Azot l. iustit. moral. 3. part. lib. 11. de donat. c. 8. ques. 2. vers. tercii. Rebellus de obligat. iustit. part. 2. lib. 8. ques. 9. num. 3. Ordinat. Lusitan. lib. 2. tit. 63. §. tertio. Intellige tamen, modò iniuste inficerat, nulla causa iusta illum excusante: & etiamsi de facto

non inficerat, sufficit de iure Lusitanæ, intentare inferrer, etiamsi effectus non sequatur. patet ex nostris ordinat. citatis, ibi, item quando donataria tractauit, vel machinatus est rem aliquam, ex qua donator bonis notabile detrimentum sequatur, quamsius illius propositum realē effectum non habuerit, quia in hoc casu damnata illius intentio, pro consummata opere externo reputari debet, si ad id fecit, quantum potuit, & pro illo non fecit. Quibus verbis non punitur nuda intentio, & propositionum, quia est actus interior, qui non potest precise, quatenus est interior, paniri pena externa, & publica. Sed punitur, quatenus iam ea mentis machinatio in procurationem externam exit, & iam res excepta sit, licet non sequatur effectus, quod significat ius Lusitanum ibi, in illis verbis, si ad id fecit, quantum potuit, & per illum non fecit.

Dixi, notabile, quia non sufficit leue damnum de grauitate autem, notabilitate, & levitate damni iudicabit prudens iudex, attentis bonis, & aliis circumstantiis personarum, neque vt graue, & notabile damnum dicatur, opus est, vt medietatem bonorum donatoris attingat, minus enim sufficit. ita Molina citatus, & Gregorius Lopez l. 10. titul. 4. part. 5. §. gran daño. Panormitanus in cap. ultimo. de donat. num. 2. De iure tamen communis, & Castellæ necesse est, ut sequatur effectus, vt docet Lopez citatus, & patet ex l. ultima. C. de donat.

Quarto potest reuocari donatio, si donatarius donatori vitæ periculum fuerit machinatus. ita Rebellus de obligat. iustit. part. 2. lib. 18. quest. 9. num. 3. vers. quarta est. Molina tom. 2. de iustit. disp. 281. vers. item quarta est. Azot Injustit. moral. part. 3. lib. 11. de donat. cap. 8. ques. 2. quod similiter intelligendum est de iure Lusitanæ, etiamsi effectus non sequatur; si enim ob bona temporalia id in eo statuitur, a fortiori ob vitæ periculum.

Quinto, si alteram donationem à donatore factam, donatarius non impleuerit, ad cuius adimplitionem se adstrinxit. ita Molina citatus vers. quinta est. Azot part. 3. lib. 11. de donat. cap. 8. q. 1. vers. quinta. Rebellus de obligat. iustit. part. 2. lib. 18. quest. 3. num. 3. vers. quarta, patet ex nostris Ordinat. dict. titul. 63. §. 5. lib. 4. Similiter reuocari potest, quando donatio facta fuit donatario cum grauamine aliquo, ad quod se donatarius adstrinxit verbo, vel scripto, quod postea nolit implere. ita nostra ordinat. ad lib. 4. tit. 63. num. 5. & constat ex l. ultim. C. de donat.

Præterea de codem iure Lusitanæ in nostris ordinat. tit. 63. num. 6. Si mulier aliqua mortuo primo viro, secundo nubat, & post secundas nuptias renocet donationem aliquam à se filio factam ex priori matrimonio, solum in his tribus eventibus illam poterit reuocare. Primo, si ipse filius insidias tendat vita matri. Secundò, si iracundè violentas manus in eam iniecerit. Tertiò, si machinatus fuerit aliquid redundans in notabilem iacturam bonorum matri. & addit ius Lusitanum: Et in nullo alio casu, causa ingratitudinis eam reuocare poterit, quia est presumptio iuris, quod, quia secundo viro nubit post factam donationem, facile illius suatione mouebitur ad reuocandum donationem, & ideo oportet, ut ei causa reuocationis coaretur. Hæc ibi ius Lusitanum. In primo euentu opus est, ut mors matri sequatur. Similiter in secundo necesse etiam est, ut violentiam inimicuum iniectione effectum etiam habeat: in tertio non est opus, ut sequatur effectus iacturæ nota

## 318 De translat.dominij per donationem.

14. Secunda opinio negat omnino , & eam tenet Molina *diff. tom. 2. de iustit. diff. 281. §. nobis* verò qui postquam tacitè admisit primam opinionem, ut vidimus *§. precedentis*, modò eam reiicit: existimat enim Molina solum ob illas quinque causas numeratas posse donationem reuocari , & non ob alias similes. Fundamentum illius est. *Primo*, quia lex ista de reuocanda donatione est penal, nefas autem est penam extendere ad alias causas , & causas , de quibus non loquitur ipsa lex penal; nec in poenis valet argumentum à paritate rationis. *Secundo*, quia in *l. finali, C. de reuocand. donat.* dicitur solum ob has quinque causas posse reuocari donationem , & non ob alias similes : ibi , *ex his tantummodo causis, si fuerint in iudicio dilucidis argumentis cognitioriter approbata, donationes in eos factae, euerti concedimus.* ubi illa dictio tantummodo est taxativa pro illis tantum causis, & non est extensiva ad alias. nam huiusmodi dictio, omnes alias causas, & poenas excludit , & illas tantum quinque includit. Verum prima ratio est valde debilis, quia lex considerauit omnes quinque , utpote magis communes, & ordinarias, & noluit excludere alias, quæ essent æquales in iniuriis, imò sub illis comprehendit omnes alias similiūm iniuriatum. *Præterea*, particula illa *tantummodo*, non excludit alias similes iniurias, & æquè graues , sed excludit alias minores , atque adeò est exclusiva minorum iniuriarum , non maiorum , & æquè gratium , ut bene animaduertunt authores primæ sententie.
15. Neque hic locum habet illud axioma Doctorum, p̄tē non extenduntur ad alias causas, & personas , de quibus non loquitur , quia id verum est, sed sub illis quinque causis iniuriatum suprà numeratis, alias similes comprehenduntur, causa enim exempli, & inclusionis, non causa exclusionis positæ sunt ; & illa particula taxativa, *tantummodo*, excludit solummodo alias minores , non maiores, aut æquales , ut sāpe dictum est.
16. In hoc autem capite supersunt duo dubia , quæ necessariam postulant explicationem.
- Primum est , an donatio facta Ecclesiæ possit reuocari propter ingratitudinem Prælati illius, vel Capituli ? Iulius Claro *lib. 4. sent. §. donatio. q. 21. num. 5.* huic dubio respondeat, nec propter ingratitudinem Prælati tantum separatam ab ingratitudine Capituli, nec etiam propter ingratitudinem Capituli tantum sciundam à Prælato posse huiusmodi donationem reuocari , quia neque solus Prælatus, neque solum Capitulum possunt suis demeritis præiudicio esse Ecclesiæ ; maximè , quia donatio facta Ecclesiæ, censetur facta Deo, qui non potest esse ingratus, cùm sit omnis gratitudinis originarius fons, & auctor, & omnium gratiarum liberalissimus largitor : & verò ex eodem fundamento cum Iulio Claro consentit Franciscus Ripa *lib. 2. respons. c. 28. num. 20.* & in *l. finali, C. de donat. quest. 52.* Sed hæc ultima ratio multum probat, probat enim, nec propter veranque ingratitudinem simul concurrentem, Prælati nimis, & Capituli, posse prædictam donationem reuocari , quia scilicet ea donatio sit Deo immediate , & præcipue propter Deum , qui ingratus esse non potest ; quam opinionem videtur tenere Menochius *remedio 9. recuper. num. 102.* & tamen Abbas *in cap. verum, de conditionibus appositis, num. 3.* affirmat propter veranque simul , reuocari validè posse , quod quidem colligitur ex Iulio Claro, & Ripa citatis, dum dicunt , nec propter ingratitudinem Prælati tantum, nec propter ingratitudinem Capituli tantum reuocari posse, quasi dicent, propter ingratitudinem utriusque simul, posse.
- Sed ego paucis antè annis vidi sententiam supremi Senatus Olyssiponensis, in qua reuocata fuit donationem quædam magnæ estimationis facta eidam Religioni, propter ingratitudinem Prælati tantum illius, & non Capituli totius Religionis, & puto rectè fuisse latam prædictam sententiam, quia sicut validè, licet non licet, potest Prælatus præiudicare Ecclesiæ, & Religioni suæ per non acceptationem legati illi relicti, ita & per ingratitudinem suam , & quia donatio non sit immediate Deo, sed fit propter Deum immediate hominibus , hoc est, fit Prælatis ministris Dei : & sic possunt illi validè Ecclesiæ præiudicio esse per suam ingratitudinem, non licet, quia quod Prælati faciunt, cùm sint capita Ecclesiæ , & Religionis, moraliter loquendo, toti Religioni , Ecclesiæque tribuitur , sicut victoria militum tribuitur duci, quia caput illorum est.
17. Secundum dubium est , vtrum si alicui beneficium Ecclesiasticum conferatur , isque ingratus sit in personam collatoris, possit collator beneficij collationem reuocare ? Iohannes Andreas, & Panormitanus *in cap. ultim. de donat. num. 9.* Iulius Claro *lib. 4. sent. §. donatio. quest. 21. num. 6.* & Doctores communiter negantur respondere , quia collatio illa non est præcipue donatio, sed est executio munieris , & officij patroni, & collatoris, quam tenetur facere , tametū in eo , quod huic potius, quam alteri conferat, aliquid liberalitatis cernatur: & idem de presentatione ad beneficium. cum Doctoribus citatis conuenit Molina *tom. 2. de iustit. diffus. 281. §. ultimo.*

### CAPUT XV.

Vtrum donatio per superuenientiam filiorum reuocetur in solidum.

1. *Donatio liberalis reuocatur per superuenientiam filiorum, & n. 2.*
3. *An reuocetur, quando pater habebat solum filiorum, & nihilominus donare voluit. Refertur prima opinio affirmans reuocari in totum.*
4. *Prefertur ea, quæ docet, reuocari solum in eo, quod mordet legitimam filiorum, qui postea nati sunt, & excedit tertiam donationis.*
5. *Predicta reuocatio fit ipso iure, & facto, post filiorum nativitatem, & vim habet statim in foro conscientia.*
6. *An donatione facta monasterio, Ecclesiæ, vel causaria, reuocetur etiam per nativitatem filiorum. & an in totum, an solum, quoad illam partem, in qua excedit tertium donationis, & legitimam filiorum.*
7. *An possint patres renunciare iuri, ut donatio sit valida, etiam si filii enascantur.*
8. *Quid si Petrus pater donavit filio suo, vel Ecclesiæ, vel alteri extraneo, postea tamen ei nascuntur filii alii, per quorum nativitatem reuocatur donatio quoad legitimas corum, & statim emariuntur, an tunc reuinifat prior donatio extincta.*
9. *Quid, si post mortem filiorum secundorum, per quos reuocata fuit donatio, pater patitur filium, vel quenamque alium donatarium frui bonis sibi prius donatis.*
10. *An per nativitatem filiorum superiorum, aut naturalium, quando legitimantur à Principe, reuocetur donatio. Refertur opinio affirmans modò legitimantur.*

II Praef

## 318 De translat.dominij per donationem.

14. Secunda opinio negat omnino , & eam tenet Molina *diff. tom. 2. de iustit. diff. 281. §. nobis* verò qui postquam tacitè admisit primam opinionem, ut vidimus *§. precedentis*, modò eam reiicit: existimat enim Molina solum ob illas quinque causas numeratas posse donationem reuocari , & non ob alias similes. Fundamentum illius est. *Primo*, quia lex ista de reuocanda donatione est penal, nefas autem est penam extendere ad alias causas , & causas , de quibus non loquitur ipsa lex penal; nec in poenis valet argumentum à paritate rationis. *Secundo*, quia in *l. finali, C. de reuocand. donat.* dicitur solum ob has quinque causas posse reuocari donationem , & non ob alias similes : ibi , *ex his tantummodo causis, si fuerint in iudicio dilucidis argumentis cognitioriter approbata, donationes in eos factae, euerti concedimus.* ubi illa dictio tantummodo est taxativa pro illis tantum causis, & non est extensiva ad alias. nam huiusmodi dictio, omnes alias causas, & poenas excludit , & illas tantum quinque includit. Verum prima ratio est valde debilis, quia lex considerauit omnes quinque , utpote magis communes, & ordinarias, & noluit excludere alias, quæ essent æquales in iniuriis, imò sub illis comprehendit omnes alias similiūm iniuriatum. *Præterea*, particula illa *tantummodo*, non excludit alias similes iniurias, & æquè graues , sed excludit alias minores , atque adeò est exclusiva minorum iniuriarum , non maiorum , & æquè gratium , ut bene animaduertunt authores primæ sententie.
15. Neque hic locum habet illud axioma Doctorum, p̄tē non extenduntur ad alias causas, & personas , de quibus non loquitur , quia id verum est, sed sub illis quinque causis iniuriatum suprà numeratis, alias similes comprehenduntur, causa enim exempli, & inclusionis, non causa exclusionis positæ sunt ; & illa particula taxativa, *tantummodo*, excludit solummodo alias minores , non maiores, aut æquales , ut sāpe dictum est.
16. In hoc autem capite supersunt duo dubia , quæ necessariam postulant explicationem.
- Primum est , an donatio facta Ecclesiæ possit reuocari propter ingratitudinem Prælati illius, vel Capituli ? Iulius Clarus *lib. 4. sent. §. donatio. q. 21. num. 5.* huic dubio respondeat, nec propter ingratitudinem Prælati tantum separatam ab ingratitudine Capituli, nec etiam propter ingratitudinem Capituli tantum sciundam à Prælato posse huiusmodi donationem reuocari , quia neque solus Prælatus, neque solum Capitulum possunt suis demeritis præiudicio esse Ecclesiæ ; maximè , quia donatio facta Ecclesiæ, censetur facta Deo, qui non potest esse ingratus, cùm sit omnis gratitudinis originarius fons, & auctor, & omnium gratiarum liberalissimus largitor : & verò ex eodem fundamento cum Iulio Claro consentit Franciscus Ripa *lib. 2. respons. c. 28. num. 20.* & in *l. finali, C. de donat. quest. 52.* Sed hæc ultima ratio multum probat, probat enim, nec propter veranque ingratitudinem simul concurrentem, Prælati nimis, & Capituli, posse prædictam donationem reuocari , quia scilicet ea donatio sit Deo immediate , & præcipue propter Deum , qui ingratus esse non potest ; quam opinionem videtur tenere Menochius *remedio 9. recuper. num. 102.* & tamen Abbas *in cap. verum, de conditionibus appositis, num. 3.* affirmat propter veranque simul , reuocari validè posse , quod quidem colligitur ex Iulio Claro, & Ripa citatis, dum dicunt , nec propter ingratitudinem Prælati tantum, nec propter ingratitudinem Capituli tantum reuocari posse, quasi dicent, propter ingratitudinem utriusque simul, posse.
- Sed ego paucis antè annis vidi sententiam supremi Senatus Olyssiponensis, in qua reuocata fuit donationem magnæ estimationis facta eidam Religioni, propter ingratitudinem Prælati tantum illius, & non Capituli totius Religionis, & puto rectè fuisse latam prædictam sententiam, quia sicut validè, licet non licet, potest Prælatus præiudicare Ecclesiæ, & Religioni suæ per non acceptationem legati illi relicti, ita & per ingratitudinem suam , & quia donatio non sit immediate Deo, sed fit propter Deum immediate hominibus , hoc est, fit Prælatis ministris Dei : & sic possunt illi validè Ecclesiæ præiudicio esse per suam ingratitudinem, non licet , quia quod Prælati faciunt, cùm sint capita Ecclesiæ , & Religionis, moraliter loquendo, toti Religioni , Ecclesiæque tribuitur , sicut victoria militum tribuitur duci, quia caput illorum est.
17. Secundum dubium est , vtrum si alicui beneficium Ecclesiasticum conferatur , isque ingratus sit in personam collatoris, possit collator beneficij collationem reuocare ? Iohannes Andreas, & Panormitanus *in cap. ultim. de donat. num. 9.* Iulius Clarus *lib. 4. sent. §. donatio. quest. 21. num. 6.* & Doctores communiter negantur respondere , quia collatio illa non est præcipue donatio, sed est executio munieris , & officij patroni, & collatoris, quam tenetur facere , tametli in eo , quod huic potius, quam alteri conferat, aliquid liberalitatis cernatur: & idem de presentatione ad beneficium. cum Doctoribus citatis conuenit Molina *tom. 2. de iustit. diffus. 281. §. ultimo.*

### CAPUT XV.

Vtrum donatio per superuenientiam filiorum reuocetur in solidum.

1. *Donatio liberalis reuocatur per superuenientiam filiorum, & n. 2.*
3. *An reuocetur, quando pater habeat solum filiorum, & nihilominus donare voluit. Refertur prima opinio affirmans reuocari in totum.*
4. *Prefertur ea, que docet, reuocari solum in eo, quod mordet legitimam filiorum, qui postea nati sunt, & excedit tertiam donationis.*
5. *Predicta reuocatio fit ipso iure, & facto, post filiorum nativitatem, & vim habet statim in foro conscientia.*
6. *An donatione facta monasterio, Ecclesiæ, vel causaria, reuocetur etiam per nativitatem filiorum. & an in totum, an solum, quoad illam partem, in qua excedit tertium donationis, & legitimam filiorum.*
7. *An possint patres renunciare iuri, ut donatio sit valida, etiam si filii enascantur.*
8. *Quid si Petrus pater donavit filio suo, vel Ecclesiæ, vel alteri extraneo, postea tamen ei nascuntur filii alii, per quorum nativitatem reuocatur donatio quoad legitimas corum, & statim emariuntur, an tunc reuinifiat prior donatio extincta.*
9. *Quid, si post mortem filiorum secundorum, per quos reuocata fuit donation, pater patitur filium, vel quenamque alium donatarium frui bonis sibi prius donatis.*
10. *An per nativitatem filiorum superiorum, aut naturalium, quando legitimantur à Principe, reuocetur donatio. Refertur opinio affirmans modò legitimantur.*

II Praef

11. *Prefertur opinio negans.*  
*An reuocetur donatio de iure Lusitano per natiuitatem filii hominis plebes.* *ibid.*
12. *Quanta quantitatibus debet esse donatio, ut natuitate filiorum reuocetur in solidum.*
13. *Donatio remuneratoria an reuocetur, & quantum per superuenientiam filiorum.*

1. **S**EPEN V M E R O donatio gratuita, & liberalis sit tempore quo donatores filiis carent, & postea Dei beneficio superuenient. Queritur igitur, an per superuenientiam liberorum, eo ipso reuocetur praedicta donatio? Et verò in hac quæstione, quæ utilissima est, attingam solummodo aliqua capita eorum quæstionum, quæ in practica iudiciorum frequentius versantur, easque quam brevissimè explicabo; pro taliq[ue] visu poterit studiosus lector Tiraquel. in l. si unquam. C. de reuocand. donat. & Franciscum Ripam in alia repetitione ad eandem legem, à quibus nihil omissum fuit.
2. Stauenda est ergo hæc certissima conclusio. Si post factam donationem superueniant filij donatori, donatio eo ipso reuocatur, & nulla efficitur ex toto. ita disponitur in l. si unquam. C. de reuocand. donat. & quannis hæc lex loquatur de donatione facta liberis, est tamen intelligenda de quacunque alia donatione facta alteri extraneo, vt benè notat Julius Clarus lib. 4. §. donatio. q. 22. num. 1. medio. & glossa in l. si unquam. & verò hanc conclusio nem tenent communiter Doctores. Ioannes Andreas, & Panormitanus in cap. ultimo. de donat. n. 5. Couarruias lib. 1. variar. cap. 19. Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 4. num. 11. Julius Clarus citatus. Gutierrez de iurament. confirmator. part. 1. cap. 9. num. 1. Molina tom. 2. de Inst. disp. 282. initio. Corneus confil. 4. lib. 3. in littera A. Ripa in dicta l. si unquam. q. 2. Tiraquellus dicta l. si unquam in verb. libertis. n. 84. & hæc opinio est communissima, & vnu trita.

Fundamentum est, quia quando donator carent liberis, eam donationem fecit, præsumitur illam fecisse de illis cogitans, alioqui si de illis cogitaret, non illam fecisset; stulte enim ageret, & stulta esset donatio, si cogitans de filiis, vellet illis auferre patrem, vt donaret extraneis; quare ea donatio fuit ex natura sua conditionata, dñno si filios non habuero. Vnde superueniente postea conditione, tollitur illius obligatio: nemio enim præsumitur præfere extranos suz postetitati, argumento textus in l. cum ann. ff. de condit. & demonstrat. Deinde, quia in donationibus, & testamentis non censetur comprehendendi id, de quo si concedens, aut testator in speciali rogaretur, illud non concederet, iuxta regulam generaliter. de reg. iurie in 6. Quis autem non videt, si hoc in particulari casu rogaretur donans, fore responsum, se eam donationem minime facit, si de liberis cogitasset, quare conditionalem illam fecit, quando fecit.

3. Dubium tamen est, an si pater, qui liberè, & liberaliter donavit, spem habens filiorum, & de illis cogitans, & nihilominus donare volens, etiamsi ei postea liberi erascentur, reuocetur eo ipso in totum praedicta donatio per superuenientiam filiorum, an solum quoad eam partem, quæ excedit terrium donantis, & mordet legitimam filiorum? Nonnulli enim adhuc putant, sibiique persuadent, reuocari in solidum, quia praedicta lex, si unquam, lata fuit primatior, & principaliter ob fauorem filiorum nascentium, cui fauori non possunt patres renuntiare, et si velint. Alij è diametro existimant,

non reuocari, neque quoad eam partem, in qua mordet legitimam filiorum, quia patres possunt renuntiare in praetudicium filiorum dispositioni prædictæ legis, si unquam; consentur autem renuntiare, quando expressam habent voluntatem donandi, etiamsi filii enascantur; dicunt enim è contrario prædictam legem fuisse latam, præcipue in favorem patrum, non filiorum. ita docent Battolus ad l. Titia. §. Imperator, num. 7. ff. de legar. 2. Decius, & Ripa, quos citat Julius Clarus lib. 4. sent. §. donatio. q. 22. n. 4.

Dicendum tamen est. In eo casu non reuocari in solidum prædictam donationem, sed solum, quoad partem, in qua tangit legitimam filiorum, quia solum in eo pater non seruauit officium patris, priuans filios sua legitima portione, quæ eis de iure naturali debetur, etiam inuito patre. ita Socinus conf. 53. num. 7. lib. 4. Gutierrez de iuramento confirmator. part. 1. cap. 9. num. 3. Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 4. num. 11. Julius Clarus citatus num. 2. Molina tom. 2. de Inst. disp. 282. §. quoniam lex, licet paulò suprà videatur contrarium insinuare. Fundamentum illorum est, quia huiusmodi lex, si unquam, non fundatur solum in præsumptione, & voluntate præsumptiva, qua præsumuntur parentes noluisse donare, si scirent, se filios habituros, & de illis cogitarent; sed etiam in favore filiorum, immò præcipue in favorem filiorum lata fuit: quare dicendum est, non reuocari in solidum prædictam donationem in eo casu, sed solum, quoad eam partem, quæ mordet legitimam filiorum, & posse consequenter filios post mortem parentum reuocare huiusmodi donationem, quatenus fuit illis in legitimis detrimentosa, atque inofficio.

Sed inquit adhuc, an huiusmodi reuocatio donationis, quæ sit ex dispositione dictæ legis, si unquam, fiat ipso iure, & immediate postquam nascuntur filij? Respondeo affirmatiuè. ita Couarruias in Epitome part. 2. cap. 6. §. 8. num. 17. vers. ultimo. Molina inductus §. quo loco. Julius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio. quest. 23. num. 8. Corneus conf. 11. lib. 3. & conf. 4. eiusdem libri. circa principium. Ratio est primo, quia ita expreſſe colligitur ex verb. Reuertatur, posito in ipsa l. si unquam. Secundò, quia ista lex, vt suprà diximus, non est tantum modò præsumptiva, quia non fundatur solum in præsumptione voluntatis parentum, sed præcipue est directiva, quia id statuit in bonum commune Reipublicæ, & propter bonum filiorum: vnde, cum neque sit penalis, neque solum, & præcisè in præsumptione fundetur, sed vim potissimum habeat ex legislatoris voluntate id statuentis in bonum commune Reipublicæ, & utilitatem filiorum, meritò Doctores præcitatū dicunt, obligare ipso facto, & vim habere in fato conscientia, nulla expectata sententia, tenerique proinde in conscientia ipsos donatarios, ubi primum donatoribus filij enascuntur, rem donatam restituere modo præfato. Nec solum rem donatam, sed etiam omnes fructus perceptos à puncto nativitatis filiorum deductis expensis; non autem perceptos antea, siquidem pro toto illo tempore antecedenti, quo donator filios non habuit, donatio valida fuit; fuit enim conditionata, vt superuenientibus filiis, reuocata inueniret, eo modo, quo diximus.

Inquires etiam, an donatio facta monasterio, Ecclesiæ, vel causæ pizæ ob superuenientiam librorum reuocetur in totum? Respondeo, non reuocari in totum, sed solum, quoad illam partem, in qua mordet legitimas filiorum, qui nati sunt; ita ut illis

probat Molina *tom. 1. de Iustit. disp. 166.* & Vallascus citatus, & pater ex nostro iure Lusitano nouo, *lib. 4. tit. 82.* adhuc tamen contendit Vallascus citatus per natuitatem talis filij non reuocari donationem prius à patre factam, quia, quæ in fauorem huiusmodi filiorum illegitimorum concessa in iure sunt, non sunt plus extendenda, quam reperiantur extensa, ac concessa, quod maximè verum habet in dispositione *l. si unquam*, quæ exorbitans à iure communi à multis dicitur, & intelligenda est de superuenientia filiorum legitimorum. Vnde hoc à fortiori non habebit locum in filio spurio, quanvis per Principem legitimetur, cùm non habeat illum in filio naturali. Si tamen filius naturalis per subsequens matrimonium legitimetur, pro legitimo habebitur: quanvis autem verba legis *8. tit. 8. part. 5.* primo aspectu contrarium docere videantur; etedendum tamen est, non id intendisse legislatorem, ut bene animaduertit Molina *citato loco.*

**12.** Quæres ad finem huius capituli, quantæ quantitatis debeat esse donatio, ut natuitate filiorum reuocetur in solidum, & in totum? Dico *in totum*, quia si attingat legitimam filiorum, quanvis petexiguae quantitatis sit, in eo, quod illam attigit, ipso iure reuocatur, & nulla manet, ut iam suprà diximus, etiam si iuramento confirmetur inspecto iure Lusitano, iuramentum enim non est vinculum iniquitaris; foret autem, si ratione illius præjudicaretur legitimis filiorum, quia de iure naturali eis debetur. Certe de hoc certa regula dari non potest. Dicendum tamen est, necesse esse, ut donatio tantæ sit quantitatis, quam verosimiliter non fecisset donator, si de liberis cogitasset, quod totum arbitrio prudentis committitur, qui inspectis circumstantiis quantitatis bonorum, qualitatis donatoris, & donatarij numeri superuenientium filiorum, id arbitrabitur, habebitque hoc locum eum proportione sua, non solum in donatione omnium bonorum, sed etiam in donatione partis notabilis infra dimidium bonorum donantis, ut optimè animaduertit *Couartuuias lib. 1. variar. cap. 19. num. 12.* *Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. q. 22. num. 5.* constatque ex verbis legis, *si unquam. C. de reuocand. donat. ibi, bona omnia, vel partem illorum fuerit donatione largitus.* Nam si esset res donata parui momenti, & quam pro conditione, & facultatibus donantis recta ratio postulat, non est verisimile, quod donator etiamsi de liberis cogitasset, ab huiusmodi donationib[us] abstinuisset, & in hoc casu bonum erit habere iudicem fauorabilem, siquidem illius arbitrio diffinienda res est.

**13.** Ultimum dubium est, an donatio remuneratoria per superuenientiam liberorum reuocetur? Respondeo non reuocari; quando enim donatio non est merè, & simpliciter liberalis respectu donantis, sed haber causam adnexam, sive gratitudinis, sive alterius rationis, non reuocatur donatio, neque in totum, neque in partem, ut iam suprà diximus, cùm de donatione remuneratoria in proprio capite egimus. & ita docent communiter Doctores, *Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. quest. 23. num. 3.* *Socinus in l. 2. col. 1. vers. Respondeo 2. ff. solut. matrim. Iason conf. 171. num. 1. in fine, lib. 4. & Molina tom. 1. de iust. disp. 282. §. dubi: m postremo.* quotiescumque enim donatio habet aliquam causam adnexam, & non est fundata in mera, & præcisa liberalitate, non debet reuocari propter aliquid quod postea superueniat. quod tamen intelligendum est, quatenus donationi æquiuslens est, nam in eo, quod excedit, non censetur donatio ob causam,

sed donatio merè simplex, & liberalis, & ideo ob eam rationem dispositio *l. si unquam*, non habet locum in remuneratoria donatione: & præter Autatores allegatos, ita docet etiam Baldus in *dīct. l. si unquam. C. de donat. in 2. lectura. Decius conf. 366. num. 10.* *Ripa in dīct. l. si unquam, quest. 14.*

## CAPUT XVI.

## De reuocatione donationis, quatenus est inofficiosa.

1. *Duobus modis potest quis inofficiosa, & inualidam reddere donationem; primo, prætextu superuenientie filiorum.*
2. *Eo quod donator iam habens filios, illorum legi timu prædicauerit tales donationes.*
3. *Donatio inofficiosa, & tangens legitimas filiorum, si fiat uni ex filijs, sive si inofficiosa relevantum, & non consilio, sive re, & consilio, non reuocatur, nisi in eo, quod tangit legitimas aliorum filiorum.*
4. *Si fiat ex ira, tunc quidem si sit inofficiosa relevantum, & non consilio, reuocatur tantum usque ad legitimam filiorum.*

*Quid si est inofficiosa re, & consilio. Refertur prima opinio, affirmans reuocari in eo casu tantum quoad eam partem, in qua tangit legitimas aliorum.*

5. *Refertur secunda docens reuocari in totum.*

6. *Secunda opinio est probabilior.*

7. *Altio ad reuocandam primam donationem non durat nisi ad quinquennium.*

8. *Quemadmodum datur donatio inofficiosa compensatione descendenti, ita datur etiam compensatione ascendi.*

**O T A R I** velim in primis, quod quando aliquis agit de reuocatione donationis, & nullitate illius, duobus modis potest agere.

Primo, sub prætextu superuenientie filiorum, & quod si de illis cogitasset, non donasset; & in hoc casu uti potest remedio legis, *si unquam*, quæ de re egimus in cap. præcedenti. Nam si pater habens unum filium, illi, vel Ecclesia donasset omnia bona sua, vel partem eorum notabilem, quam verosimiliter non donasset, si alios filios se habeturum cogitasset: in hoc quidem casu, si filii superueniant, reuocatur in ea tantummodo parte, in qua legitimam filiorum tangit; quo sensu inofficiosa, & inualida fuit donatio ipso facto, & iure, ita ut non possit donatarius retinere in conscientia eam partem, quæ filiorum legitimas tangit, & tenetur, in conscientia statim illis restituere ante ullam iudicis sententiam, ut suprà diximus, & in hoc sensu procedit etiam prædicta lex, *si unquam. C. de reuocand. donat.* & textus in *l. si totus. C. de inofficio. donat.*

Secundū sub prætextu, quod donatio fuerit inofficiosa, eo quod donator filios iam habens præjudicauerit filiis iam natis in legitimis suis: & adhuc duobus modis inofficiosa esse poterit, vel relevantum, & non consilio: vel re, & consilio. Tunc dicitur inofficiosa re tantummodo, & non consilio, quando pater in effectu, & in re laedit legitimam filiorum in aliqua donatione, non tamen intendit laedere. Tunc vero dicitur inofficiosa re, & consilio, quando in effectu laedit, & intendebat laedere.

Donatio

probat Molina *tom. 1. de Iustit. disp. 166.* & Vallascus citatus, & pater ex nostro iure Lusitano nouo, *lib. 4. tit. 82.* adhuc tamen contendit Vallascus citatus per natuitatem talis filij non reuocari donationem prius à patre factam, quia, quæ in fauorem huiusmodi filiorum illegitimorum concessa in iure sunt, non sunt plus extendenda, quam reperiantur extensa, ac concessa, quod maximè verum habet in dispositione *l. si unquam*, quæ exorbitans à iure communi à multis dicitur, & intelligenda est de superuenientia filiorum legitimorum. Vnde hoc à fortiori non habebit locum in filio spurio, quanvis per Principem legitimetur, cùm non habeat illum in filio naturali. Si tamen filius naturalis per subsequens matrimonium legitimetur, pro legitimo habebitur: quanvis autem verba legis *8. tit. 8. part. 5.* primo aspectu contrarium docere videantur; etedendum tamen est, non id intendisse legislatorem, ut bene animaduertit Molina *citato loco.*

**12.** Quæres ad finem huius capituli, quantæ quantitatis debeat esse donatio, ut natuitate filiorum reuocetur in solidum, & in totum? Dico *in totum*, quia si attingat legitimam filiorum, quanvis petexiguae quantitatis sit, in eo, quod illam attigit, ipso iure reuocatur, & nulla manet, ut iam suprà diximus, etiam si iuramento confirmetur inspecto iure Lusitano, iuramentum enim non est vinculum iniquitaris; foret autem, si ratione illius præjudicaretur legitimis filiorum, quia de iure naturali eis debetur. Certe de hoc certa regula dari non potest. Dicendum tamen est, necesse esse, ut donatio tantæ sit quantitatis, quam verosimiliter non fecisset donator, si de liberis cogitasset, quod totum arbitrio prudentis committitur, qui inspeccetis circumstantiis quantitatis bonorum, qualitatis donatoris, & donatarij numeri superuenientium filiorum, id arbitrabitur, habebitque hoc locum eum proportione sua, non solum in donatione omnium bonorum, sed etiam in donatione partis notabilis infra dimidium bonorum donantis, ut optimè animaduertit *Couartuuias lib. 1. variar. cap. 19. num. 12.* *Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. q. 22. num. 5.* constatque ex verbis legis, *si unquam. C. de reuocand. donat. ibi, bona omnia, vel partem illorum fuerit donatione largitus.* Nam si esset res donata parui momenti, & quam pro conditione, & facultatibus donantis recta ratio postulat, non est verisimile, quod donator etiamsi de liberis cogitasset, ab huiusmodi donationib[us] abstinuisse, & in hoc casu bonum erit habere iudicem fauorabilem, siquidem illius arbitrio diffinienda res est.

**13.** Ultimum dubium est, an donatio remuneratoria per superuenientiam liberorum reuocetur? Respondeo non reuocari; quando enim donatio non est merè, & simpliciter liberalis respectu donantis, sed haber causam adnexam, sive gratitudinis, sive alterius rationis, non reuocatur donatio, neque in totum, neque in partem, ut iam suprà diximus, cùm de donatione remuneratoria in proprio capite egimus. & ita docent communiter Doctores, *Iulius Clarus lib. 4. sent. 5. donatio. quest. 23. num. 3.* *Socinus in l. 2. col. 1. vers. Respondeo 2. ff. solut. matrim. Iason conf. 171. num. 1. in fine, lib. 4. & Molina tom. 1. de iust. disp. 282. §. dubi: m postremo.* quotiescumque enim donatio habet aliquam causam adnexam, & non est fundata in mera, & præcisa liberalitate, non debet reuocari propter aliquid quod postea superueniat. quod tamen intelligendum est, quatenus donationi æquiuslens est, nam in eo, quod excedit, non censetur donatio ob causam,

sed donatio merè simplex, & liberalis, & ideo ob eam rationem dispositio *l. si unquam*, non habet locum in remuneratoria donatione: & præter Autatores allegatos, ita docet etiam Baldus in *dīct. l. si unquam, C. de donat. in 2. lectura. Decius conf. 366. num. 10.* *Ripa in dīct. l. si unquam, quest. 14.*

## CAPUT XVI.

## De reuocatione donationis, quatenus est inofficiosa.

1. *Duobus modis potest quis inofficiosa, & inualidam reddere donationem; primo, prætextu superuenientie filiorum.*
2. *Eo quod donator iam habens filios, illorum legi timu prædicauerit tales donationes.*
3. *Donatio inofficiosa, & tangens legitimas filiorum, si fiat uni ex filijs, sive si inofficiosa relevantum, & non consilio, sive re, & consilio, non reuocatur, nisi in eo, quod tangit legitimas aliorum filiorum.*
4. *Si fiat ex ira, tunc quidem si sit inofficiosa relevantum, & non consilio, reuocatur tantum usque ad legitimam filiorum.*

*Quid si est inofficiosa re, & consilio. Refertur prima opinio, affirmans reuocari in eo casu tantum quoad eam partem, in qua tangit legitimas aliorum.*

5. *Refertur secunda docens reuocari in totum.*

6. *Secunda opinio est probabilior.*

7. *Altio ad reuocandam primam donationem non durat nisi ad quinquennium.*

8. *Quemadmodum datur donatio inofficiosa compensatione descendenti, ita datur etiam compensatione ascendi.*

**O T A R I** velim in primis, quod quando aliquis agit de reuocatione donationis, & nullitate illius, duobus modis potest agere.

Primo, sub prætextu superuenientie filiorum, & quod si de illis cogitasset, non donasset; & in hoc casu uti potest remedio legis, *si unquam*, quæ de re egimus in cap. præcedenti. Nam si pater habens unum filium, illi, vel Ecclesia donasset omnia bona sua, vel partem eorum notabilem, quam verosimiliter non donasset, si alios filios se habeturum cogitasset: in hoc quidem casu, si filii superueniant, reuocatur in ea tantummodo parte, in qua legitimam filiorum tangit; quo sensu inofficiosa, & inualida fuit donatio ipso facto, & iure, ita ut non possit donatarius retinere in conscientia eam partem, quæ filiorum legitimas tangit, & tenetur, in conscientia statim illis restituere ante ullam iudicis sententiam, ut suprà diximus, & in hoc sensu procedit etiam prædicta lex, *si unquam. C. de reuocand. donat.* & textus in *l. si totus, C. de inofficio. donat.*

Secundū sub prætextu, quod donatio fuerit inofficiosa, eo quod donator filios iam habens præjudicauerit filiis iam natis in legitimis suis: & adhuc duobus modis inofficiosa esse poterit, vel relevantum, & non consilio: vel re, & consilio. Tunc dicitur inofficiosa re tantummodo, & non consilio, quando pater in effectu, & in re laedit legitimam filiorum in aliqua donatione, non tamen intendit laedere. Tunc vero dicitur inofficiosa re, & consilio, quando in effectu laedit, & intendebat laedere.

Donatio